



De vna persona, & duabus Naturis Christi,

<https://hdl.handle.net/1874/427031>

De VNA PERSO
na, & duabus Naturis
Christi,

Sententia Jacobi Schegkij -

D. MEDICI ET PHILOSOPHI
CLARISSIMI, PROFESSORIS SCHOLAE

Tubingensis, ex fundamentis quidem Scripturę

Sacrę, analysi autem Philosophica, &

pię & eruditę expli-

cata.

Francofurti ex officina Typographica Petri Br-
bachij Anno à Redemptione generis hu-
mani M. D. LXV.

DE VNA PERSO

na & duabus Natis

Christi

SEBASTIANUS LAEBELZSCHKI

PHILOSOPHI

ET

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

MDCCCXXXIII

Illustrissimo Principi, ac

Domino, D. Christophoro, Duci in Vuirtemberg
& Teck, Comiti Montispelegardi, Domino
suo clementissimo,

JACOBVS SCHEGKIVS D. MEDICVS,
& Philosophus, Gratiam & Salutem in CHRIS-
TO IESV precatur.



Mnibus historijs Ecclesiasticis notissi-
mum & testatissimū est Illustrissime ac
Christianissime Princeps Christopho-
re, quàm perniciosæ & pestiferæ fuerint
Ecclesijs dissensiones in his quæ ad ve-
ritatem fidei pertinent disputationibus, & quemad-
modum etiam peruigil hostis ille Dominici agri, ziza-
niam hanc, non uigilantibus nobis, nocte & tenebris
tectus, assiduò spargat, quæ certè zizania dissensionis,
si altius radices egerit, sementem Verbi Dei ad aristas
& fruges (quod dolendum sanè nobis est) assurge-
re, & peruenire non patitur. Prius igitur euellendæ ra-
dices, quàm adolescāt inutiles herbæ: & omnibus mo-
dis dāda est opera, ut Veritas, quæ uel obscuritate qua-
dam implicita, uel peruersis aliorum interpretum o-
pinionibus occultatur, in lucem emergat, quæ cum
sit una & simplex, facilè ipsa sibi apud suos amicos cō-
ciliet fauorem, & tanquàm Homericæ Lita, turbulen-

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

tam & infedatam Aten seu Erin ex hominum coetu e-
ijciat, discordes placans & concilians, & semetipsa tan-
quàm uinculo quo dam deuinciens dissidentium ani-
mos, quos ut errare, ita quoq; dissidere inter sese ne-
quaquàm sinat. Quòd præfatione hac utor ad C. T.
hec mihi causâ fuit. Superioribus diebus legi scriptũ
quoddam Theodori Bezae, in quo ille C. T. theolo-
gum præcipuum grauisimis onerat criminibus, tan-
quàm si doctrina ipsius de Persona Christi Domini,
& Seruatoris nostri, oppositissimis Nestorij, & Eury-
chetis erroribus esset implicita, eamq; nõ modò à ue-
ritate, sed à seipsa quoq; dissidentem, tanquàm falsam
& blasphemam damnat, sua nihilominus quadam &
falsa interpretatione ipsius sententię & uerborũ tanq̃
hypothesi quadam usus ad refellendum. Horũ crimi-
nũ grauitate & atrocitate motus, ut qui ipse etiam co-
gnoscendę ueritatis studio non mediocriter tenerer,
euolui scriptum illud diligētius, in quo animaduerti,
autorem eius non confutasse theologorũ nostrorum
sententiam, sed suam ipsius sententię istius absurdam
& abhorrentem quandam à uero interpretationem
refellisse. Atq; id sepe quidem accidit in excellentium
autorum atq; philosophorum aut scriptis difficiliori-
bus, aut nonnunquam propter breuitatem orationis
obscurioribus, ut uel ab ineruditis, uel ab inuidis, &
maleuolis non reprehendatur id quod ipsi senserint,
sed

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

sed id quod sensisse affingitur eis ab iniquis interpretibus, quam interpretationem ipsam refellendo, uideantur ipsam quoq; sententiam autoris confutasse.

Quod ipsum quoq; cum alijs, tum mihi ipsi poterit accidere, ut quod sentio in hac disputatione, non dixisse, aut sensisse, & quod non uolo aut sentio, id sensisse atq; uoluisse uidear. Et huiusmodi qui 'em Parenchis sæpe fit, ut uel errore, uel calumnia non consentaneè interpretantium coarguatur cuiusdam opinio, & sententia, cum nihilominus *Λιάνοια* loquentis & sensus non coarguatur erroris, sed maneat *ἀνέλεγκτῶ καὶ ἀνεπιτήμητῶ* ueritas sententiæ. At cum ipsa per se ueritas omnibus sit defendenda, ac præponenda quidem omnibus amicitijs: deinde amici cum etiam habenda sit ratio, utriusq; hoc tempore mihi patrocinium suscipiendum putauit, & primum breuiter, quæ Theologorum nostrorum sit sententia, explicandum, qua cognita, deinde ostendendum censui etiam alijs quibusuis pijs lectoribus: quo intelligant nimirum, nullius aut nouæ, aut ueteris hæreseos infamiam in doctrinâ illam omnipresentiæ humanitatis Christi cadere. Quæ omnipresentia, qualis & quomodo accipiēda sit, paucis ac breuiter hac præfatione explicandum esse duxi Princeps Illustrissime, ut tota re quasi per transennam (ut dicitur) inspecta, perfecta eius demonstratio, & *ἡ δὲ ἑξῆς* (quæ libello illo tractatur) à lectoribus erudi-

Præfatio D. Iacobi Schægkij.

- tis & æquis perciperetur facilius, fundamentis scilicet
 totius controuersia hac ³⁶⁻⁴ expositis, quam patris
 completi, & tanquàm hypothesin quandam præsen-
 tis libri, præcis ambagibus, proponere in præsentia
 1. constitui. Ac primùm quidem, uocabulum Christi,
 constitutam rem unam ex duabus naturis significari
 2. constat inter omnes. Deinde quòd significetur Vnū
 illud, esse Numero unum, quod seipso esse intelliga-
 tur, ac incommunicabile sit, & quod ipsum causa gene-
 ris Substantiæ totius, in creaturis græcè εἰς ἓν, in specie,
 & in rationis particeps natura, Persona, & Hypostasis,
 quasi seipso subsistens quiddam constitutum ex dua-
 bus naturis, soleat appellari. Tertiò, dicimus Personale
 hoc Vnum in Christo, non ὁμοῦρον quoddam unum
 esse, nec per accidens etiam unum, sed quasi per acci-
 dens: quæ ἄρτα se habeant, in Diexodo probamus.
 4. Quartò, constituentes naturæ unum τὸ εἶς, seu Personale,
 sic habent, ut una habeat rationem εὐτελεχείασ,
 & altera, rationem ἀνάμεικτος, nempe gratia quarum, con-
 stituti una natura perficiens, altera perfecta dicatur. V-
 trisq; enim naturis actu proprio subsistentibus, una
 res ad numerum, id est, Persona non constituitur, quū
 rebus ἕρσις accidat, propter actū & quoad numero
 discrepant, seipsis singulariter, & indiuiduè suis actib.
 subsistant. At seipso subsistens, aut per se actus est qui-
 dam, ut Incorporeῖ ὁμοῦρον, aut particeps actus, ut corpo-
 rez.

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

rea. Nam in corporeis omnia (ut Aristoteles inquit) $\tau\omega\delta\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\upsilon$, aliquid subsistens esse dicuntur. Quoniã res naturalis esse dicitur, ratione qua, Materia habet Formã, & Anima censetur intelligens, qua dicitur habere Mētem. Quinetiam Accidentibus perfectę res naturales dicuntur, quoad habere dicuntur illa, ut Mens, q̄ habeat scientiam, id est, q̄ prædita sit habitu scientiæ, sapere & scire dicitur, quum mens angelica, & separata, non habitu exerceat energiam intelligentiæ, sed suapte $\acute{\omicron}\nu\sigma\iota\alpha\varsigma$ sit $\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\rho\gamma\eta\alpha$. Hoc modo distinguit Aristoteles compositã cum anima Mentem, & mentem secretam, nullo adminiculo corporeæ uitæ intelligentem, quarum priorē dicit, $\acute{\omicron}\nu\sigma\iota\alpha\varsigma$, $\tau\omega\delta\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\upsilon$; alterã autē esse dicit ipsã energiam, id est, $\acute{\omicron}\nu\sigma\iota\alpha\varsigma$, & non $\kappa\alpha\tau\grave{\alpha}\ \sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\theta\eta\kappa\omicron\varsigma$ esse energiam. Quod ipsum obscurissimis & breuissimis hisce uerbis intelligi uoluit in Metaphysicis Aristoteles, quum inquit, $\alpha\upsilon\tau\ \acute{\eta}\ \mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\omicron\nu\ \text{No}\upsilon\upsilon\varsigma$, $\tau\omega\delta\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\upsilon$, $\acute{\omicron}\nu\sigma\iota\alpha\varsigma$, paulo post sequitur: **Meta. A.** $\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\iota\upsilon\theta\ \delta\prime$ (loquens de secreta mēte) $\tau\eta\upsilon\ \acute{\omicron}\nu\acute{\epsilon}\rho\gamma\eta\alpha\omega$. Aliàs ostendimus, si prædicato apponatur articulus, apud græcos, prædicatum, respectu subiecti, significare $\acute{\omicron}\pi\delta\ \acute{\alpha}\nu\theta\ \varsigma$, ut quũ dico, $\acute{\eta}\delta\delta\upsilon\theta\ \delta\ \acute{\alpha}\pi\alpha\theta\acute{\epsilon}\nu$, Nō accidere bonũ uoluptati, significari constat, sed quòd uoluptas sit ipsum bonũ. Eodem modo cum dicitur esse $\text{No}\upsilon\varsigma\ \acute{\eta}\ \acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\rho\gamma\eta\alpha$, non quòd ei accidat energia dicitur, sed quòd ratione $\acute{\omicron}\nu\sigma\iota\alpha\varsigma$, sit $\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\rho\gamma\eta\alpha$, intelligitur. Proinde uocabulo $\acute{\epsilon}\xi\epsilon\omega\varsigma$ subinde in Philosophia forma, & perfectio quædam habentis ex-
pri-

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

primitur, qua ratione quum humanitas Christi, diuinitatem Filij habeat personaliter sibi unitam, eiusdem modi & conditionis prædicationes censendæ non erunt, quum dicitur, Verbum est caro factum, & Filius Dei factus est homo, & quum dicitur, Homo est omnipotens, est omnibus rebus præsens. Quoniam humanitatis causâ nulla diuinitati Filij accidit imperfectio, quum subiecti & materiæ imperfectio non redundet in formam, quæ ὑλικῆς συνάμεως est expers, aut si cui extra materiam accidat, composito ex utrisq; accidat. Sed contra, ratione diuinitatis, tanquam ἕξωσ cuiusdam, summa humanitati accidit perfectio: quæ & ipsa redundat in compositum, nempe in personam Christi, & hac ratione dicitur hæc personalis Christi hominis omnipotentia, item omnipræsentia, & reliqua, quæ simili modo dicuntur, quæ quomodo per accidens humanitati adscribantur, diximus in Diexodo. Nec eodem modo, quo Mens habet scientiam, aut quo corpus habere caput, aut quo orbis habere Planetæ corpus dicitur, humanitatem habere diuinitatem filij dicimus, quum his habentibus, & habitis, non constituatur Vnum personale, sed unum *ἕξωσ*, aut unum per accidens, quando quidem constituenta non sint Naturæ, & principia, sed quiddam hypostatica essentia posterius, quibus hypostasis, & οὐκ ἔστιν ὄν possit constitui. Ex quo perspicitur etiã quòd essentia
Filij

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

Filij eodem modo non sit in humanitate Petri, quo est in humanitate Christi, siquidem Petri humanitas, non habet personaliter diuinitatem Filij, quo modo eam habet humanitas Christi, quum habere diuinitatem, nihil aliud sit, quàm habere *ὑποστατικῶς* seu personaliter omnipotentiam, & omnipræsentiam, quam paulò post *ἐξουσίαν* etiã diuinitatis in humanitate Christi appellauimus, & in Diexodo, *μορφὴν θεοῦ*, & Deiformitatem quandam rectè dici ostendimus. Nec eodem modo Petrus suscitauit mortuos, quo Christus: non enim seipso, sed personaliter separata diuinitate à se istud fecit. Christus autem seipso excitauit mortuos & personaliter sibi unita diuinitate, qua absentes etiã localiter à morbis liberauit, non secus atq; præsentis, quum uidelicet Christus personaliter præsens sit omnibus. Quintò, Vnius hypostatici, seu personalis, 5. multæ sunt differentiæ, quum alio modo unitas personalis sit definienda in Essentia diuina, alio modo quatenus adscribitur singulis hominibus, & alio modo quatenus Christo. Sextò, In uno personali, quum 6. duo quædam concurrant, quæ rationem principij habeant seu Naturæ respectu scilicet constitutæ personæ, concurrentia nimirum illa non erunt partes quædam posteriores constituto illo, quando quidem partes illæ, non sint Natura, sed toto constituto posteriores. Vt caput, & reliquum corpus, unum personale non con-

stituunt, sed per accidens Vnum (quamuis partes illæ
 sint οὐσίαι) nempe ratione ὁμοειδίας unum. Nec non cor-
 pus Planetæ cum suo orbe, nequaquam constituit un-
 num personale, aut τὸ δὲ τι, simili ratione, quum princi-
 pia & Naturæ constituentibus orbem, secundum Philo-
 sophos, sint Mens separata, & eiusdem anima, cum na-
 tura orbis. Si, quemadmodum sentiunt Aristoteles, &
 Plato, orbis cœlestes sunt diuina quædam, & mente
 participantia animalia, pro personis etiam (ex definiti-
 one personæ) haberi poterunt, quorum similitudine
 quædam unio etiam personalis Christi adumbrari po-
 terit, quo nomine illorum mentionem in præsentia
 fecimus: sed non hoc modo tamē, quo dictum est ab
 alijs, quum orbis, & planeta non constituent unum
 personale, sed unū quoddam (ut diximus) ὁμοειδίας. Se-
 7. ptimò, Naturam constituentem personam nō est ne-
 cesse, ut undiquaq; sit ἐντελέχεια corporis. Nam quod
 personam constituit in homine, & orbe cœlesti, non
 est ἐντελέχεια informatrix corporis, sed tamen pars est
 essentialis animæ, quā animā ἐντελέχεια corporis esse di-
 cimus. In rebus corporeis inanimis, propter informa-
 tionem, quā ἐντελέχεια materiam informat, nec separata,
 nec separabilis dicitur forma illa, seu μορφή, quæ ratio
 ualet etiam in animatis, mentis facultate carentibus.
 At mens animæ humanæ cum corpore sic hypostati-
 cum unum & τὸ δὲ τι constituit, ut tamē quamuis reli-
 quis

Praefatio D. Iacobi Schegkij.

liquis *ἄνω μένει* Anima corpus informet, ratione tamen
mentis nullam partem corporis dicatur informare,
quamuis sine adminiculo corporearum facultatum
suam energiam nequeat exercere. Diuinius mens est
coelestium orbium, ut quæ nullam ab Anima quoq;
sua perfectionem suæ energiæ accipiat, ut humana,
sed existens suapte *ὀπίσθεν ενεργεία* (quo nomine separata
etiam à corpore suo dicitur à Philosophis) seipsa per-
ficit animam suam, & per animam naturam quoq; or-
bis sui, cui gubernando & mouendo præfecta est à
Deo. Itaq; intelligit, & gubernatur etiam orbis ratio-
ne talis *διωόμενος* Animæ suæ, qua neq; corporis sui par-
tem aliquam informat, neq; adminiculo quodam in-
ferioris uitæ suam exercent energiam, & propter uni-
onem hypostaticam orbis quoq; coelestis intelligere
dicitur nihilominus, & nos eodem modo post resur-
rectionem mente nostra uidebimus Deum incor-
poreū, quē tamen ratione corporis, aut oculorū, ne-
quaquā uisuri sumus, quamuis uisuri etiā simus oculis
IESVM in apparitiōe sua, quū descendet de cœlo, quē
admodū ascendit cōspiciuus. Eò dicuntur ista à me, ut
ne miremur, quomodo humanitas Christi sit omni-
potens diuinitate sua sibi hypostaticè & personaliter
unita. Non enim humanitatē per se dicimus omnipo-
tentem, sed quia habeat omnipotentiam, omnipoten-
tem dicimus, ut orbem coelestem non per se dicimus

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

- intelligentem, sed quia habeat mentem, idem de reliquis etiam sentiendum, quæ nihilominus unum hypostaticum dicuntur esse, & hæc quidē Vnitas in Christo utcunq; à nobis explicatur, sed re ipsa tamen innarrabilis est: nam ut Propheta inquit, generationem eius quis enarrabit? Octauò, Diuinitas Christi, cum assumpta humanitate personam constituens Christi, nec ἐντελέχεια est essentialis humanitatis Christi, nec pars ἐντελέχειας, quando quidem unum per essentialiam cum humanitate non constituat, ut ostendimus in hoc libello, sed est quasi ἐντελέχεια, ut quemadmodum aliàs ἐντελέχεια nullam extra se energiam profert, aut exercet, absq; eo subiecto cuius est ἐντελέχεια, ita diuinitas Christi, mundi Oeconomiam, per, & cū assumpta humanitate, gubernat, ac non uni Naturæ, sed toti Christo operatio Diuina hæc Oeconomix est adscribenda.
9. Nonò, Ex quo sequitur, ut propter unionem personalem omnes actiones & passionēs, seu omnia ἔργα καὶ πάθη, personæ Christi adscribantur, ut, Nasci, pati, resurgere, ascendere, sedere ad dextrā Patris, Omnipotentem esse, ubiq; esse, & omnipræsentem, propter naturas scilicet, quibus illorum ἔργων καὶ παθῶν quoduis unicuiq; naturæ per se inest, alteri uerò inest per accidens: non autem per accidens, quemadmodum ὁμογενῆ participant sese mutuò, ut quum dico, Ignem per se calidum esse, aquam uerò per accidens, sed hac ratione, qua

Praefatio D. Iacobi Schegkij.

qua natura altera personaliter alterius naturæ dicitur
particeps, quem modū accidentis (ut diximus) ἡ ἐξ ἑ
uocabulo, Aristoteles explanat. Ut cū dicimus: Men-
tem separatam seipsā intelligere, sed compositam, &
humanam, ἡ ἐξ ἑ, id est, ratione habitus cuiusdam. Et
mentem in homine dicimus intelligere, quia seipsā in-
telligat, Animam uerò, quia sit particeps mentis, quia
habeat mentem. Ita quoq; diuinitatem Christi, natu-
raliter, seu per essentiam, omnipræsentem dicimus es-
se, sed humanitatem personaliter, nempe nō ὁυσία, sed
ἡ ἐξ ἑ, seu ἐξ ἑ, quasi ἐξ ἑ ὁυσίας diuinitatis Omnipræsen-
tem, qua ratione Christus in Euangelio dicit, Sibi data
esse omnia quæ sint in cælo & in terra, Et se totum, id
est, se Christum, usq; ad consummationem seculi, cū
Ecclesia mansurum. Hanc ἐξ ἑ partim personalitate,
partim modo Maiestatis, partim sessionis epitheto ad
dextram omnipotentis exprimunt nostri Theologi,
qua ratione totus Christus, non sit præsentior ei loco,
in quo causa humanitatis gloriosè dicitur esse, (siqui-
dem locus est, ubi consistit ipsius gloriosum corpus)
quàm omnibus locis, siquidem non localiter, & natu-
raliter, sed Personaliter humanitatem ubiq; dicamus
esse. Quomodo autē ratione Personæ (qua Christus
dicitur) ipsius Humanitas adsit omnibus rebus, in Di-
exodo ostendimus, nempe hac ratione, qua dicitur in
ipso Diuinitas inhabitare corporaliter, quæ diuinitas

Præfatio D. Jacobi Schegkij.

est omnia eminenter, id est, causa & principium omniū sine loco, & tempore, quæ tanquã præsentissima semper anima Christi intuetur. Nam si Deus omnia erit in omnibus, quanto magis in Christo, cuius propria est Diuinitas, qua non tantum nosse, sed administrare & creare omnia dicitur, & hac ratiōe secundum humanitatem suam dicitur sedere ad dextram Omnipotentis. Decimò, Ex illo constat duplicem perfectionem esse humanitatis Christi, Vnam personalem, alteram accidentalē. Prior est, qua homo Deus omnia habet in sua potestate. Altera est Gloriosa, qua natura ipsa humana, supereminenti gratia beata est ipsa per se. Priore perfectione homo Christus is est, cui datus sit spiritus non ad mensuram, sed tanquam fons infinitæ gratiæ humanitas ipsius præ confortibus suis oleo lætitiæ peruncta exuberet, de cuius plenitudine accepimus nos omnes, Sed ratione alterius perfectionis similes ei erimus, cohæredes scilicet regni ipsius. Et sanè utroq; modo qui de cælo uenit supra omnes est. Diuinitas enim filij Dei ita se deuinxit, & quasi effudit, uel potius collegit, in assumptam humanitatē, quemadmodum lucis natura, quæ initio creationis diffusa erat per totum orbem cœlestem, nondum existente sole, postea in solem omnis essentia eius quasi confluxit, & per unum solem, se in cœlum & terram splendore suo diffudit. Ita diuinitas Filij Dei quæ omnibus rebus præ
lens

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

sens erat, sine diffusione tamen, & ἀμεγίστος, ut præberet
lumen perfectum cœlo & terræ, id est, ut instauraret
omnia quæ sunt in cœlo & in terra, in Christi personâ
se quasi aggregavit, quæ est lux uera & perfecta, illumi-
nans omnem hominem uenientem in hunc mundū.
Hac similitudine mihi uidetur Iustinus Martyr perele-
ganter personam Christi adumbrasse, quam hoc loco
breuiter & obiter, commemorandâ duxi. Vndeci-
mò, Perfectio Christi Personalis inenarrabilis est, quâ
neq; in cœlo, neq; in terra undiquaq; simile quiddam
habeat, & utcunq; à nobis tamen sacrarum literarū te-
stimonijs apprehendatur, quæ cōsentaneè si interpre-
temur, mysterij huius cognitionem pro captu nostro
nos perfectâ satis habere arbitramur. Qui ergo sic sen-
tiunt, ut alicubi esse Diuinitatem Filij Personaliter, ubi
non sic humanitas assumpta, nec ubiq; totum Chri-
stum, quia Christus, personaliter esse opinantur, id est,
Qui negant, ubicunq; sit per essentiâ persona filij Dei,
illic etiam personaliter assumptam ipsius humanitatē
esse, his necesse est, ut & naturam diuinam partibus di-
uiduam dicant esse, & aliam præterea personâ filij Dei
statuant, & aliam Christi personam, diuidentes scilicet
Christum non tam in naturas, quàm Personas duas,
quo sanè nihil absurdius, & scripturis sacris minus con-
sentaneum aliquid dici potest. Etenim natura Diuina
filij Dei, Christus dicitur, quatenus nimirum naturam

11.

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

sibi humanam adiunxit, personando scilicet eam (ut
sicloquar) quæ certè ut *ἀνθρώπος* & *θεός*, non aliqua
parte eam personaliter assumpsisse, & alia non assum-
psisse personaliter dici poterit. Qua ratione equidem
ubiq; eundem, & totum Christum esse dicimus, qua
nimirum nusquam est diuinitas essentialiter, ubi non
sit humanitas etiam personaliter, id est, nō sub ratione
gloriosæ perfectionis, sed sub ratione maiestatis perso-
nalis, qua unum quoddam hypostaticū dicitur Chri-
stus, & qua seipso dicatur omnipotens, quod proprie
habeat ipsius humanitas, non seipsa personaliter exi-
stente aliquid humanitate ipsius, sed personante eam
diuinitate, quam diuinitatē in se plenissimam habet
quasi *ἐν τῷ Χριστῷ* quandam, quæ ratio in humanitatē Pe-
tri non cadit, aut alterius creaturæ *φύσιν*. Quamuis nihil-
ominus ratione naturarū, diuinæ scilicet, & humanæ,
nō sit ubiq; quiddam totum, id est, quemadmodum
natura diuina est ubiq; tota secundum essentiam, eo-
dem modo natura Christi humana & gloriosa non est
ubiq; quatenus gloriosa, sed alicubi, quemadmodum
suprà est commemoratum. De his omnibus in Die-
xodo libelli plenius & uberius dictum. Ex quo sequi-
tur etiam, ut Dextera Dei non sit localis quædam *ὁρα*,
& quæ cœlesti quadā regione determinetur, sed om-
nipotens quædam Christi potentia, quæ à Prophetis
& Apostolis hoc modo sit expressa, quo multis in lo-
cis

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

cis eam interpretatus est D. Paulus, cuius testimonia statim initio libelli capitibus disputationis nostræ atq; articulis præponenda censui, quibus intelligeretur scilicet ad totam Christi Personam elogia ista sublimitatis pertinere, non duntaxat ad Diuinitatē ipsius. Cœli porro uocabulum *ὁμοῦνύμωτος* etiam in Philosophia usurpatur, aliquando significante, ut autor est Aristoteles, totum corporeū uniuersum, aliquando duntaxat orbem cœlestes, Interdum ultimum orbem, comprehendentem omnes reliquos. Præterea cœlū quoq; dicitur eminentia Diuinitatis, qua dicitur in cœlo esse Deus, quia gubernet omnia, quum tamen cœlis non capiatur, sed quia eminentissima & diuinissima corpora cœlestia nobis declarent præcipuè creatorē & gubernatorem omnium. Quo nomine terra etiam scabellū pedū Dei appellatur, minima scilicet & exilissima pars uniuersi, & quam cœlitus etiā conseruari & gubernari perspicuū sit. Vbiq; Deum ex æquo esse essentialiter, manifestum est ex scripturis, sed maior tamen eius potentia & sapientia in cœlestibus, quàm caducis his rebus à cœlo contentis conspicitur. Quando igitur de cœlo descendisse dicitur Filius Dei, nō localis quidem ille descensus est, sed propter assumptionem humanitatis dicitur descendisse. Et Spiritus sanctus dicitur descendisse, quia manifestis signis suam præsentiam declarauit in discipulis. Et ridiculum est, quod de cœlo de-

demissum reuera linteum quidam putant, & deinde
receptum, quū sit uisum quoddam, & quædam phan-
tasia, quæ loco nullo collocantur. Ascendisse autem
in cœlum, nempe locum quendam beatorū IESVM
ratione corporis gloriosi dicimus. At illic sedentem
causa maiestatis ad dextram omnipotentis, non sic in-
terpretamur, ut locale & definitū quiddam eo signifi-
cetur, sed eminentiam personæ ipsius super omnia, ut
nimirum omnibus dominetur, non ut loci sublimi-
tate quadā omnes superet, significari arbitremur hac
sensatione, quæ $\phi\omega\kappa\omega\delta\varsigma$ non sint intelligenda, quum de-
clarent maiestatem omnipotentem hominis Christi,
non gloriosi corporis duntaxat in cœlum receptum.
Paucis his quasi articulis, Illustrissime Princeps, com-
plecti uolui, quæ toto hoc libello planius & apertius
demonstrantur, ut studiosus lector, & certum suæ le-
ctionis scopum, & de quibus rebus certamen esset,
perspectum haberet. Possunt illa, ut mihi quidem ui-
detur, popularibus rationibus nequaquam explicari,
ut omnino mihi necesse fuerit hac argumentorū ex-
quisitione & $\acute{\alpha}\kappa\epsilon\upsilon\beta\epsilon\iota\varsigma$ uti. Deus aperiat oculos omnium
qui contradicunt nobis, ut lucem ueritatis & maiesta-
tis Christi uidere queant, regnantis & Iudicis omnium
ad dextram Dei Omnipotentis. Si qui erunt quibus
hæc uidebuntur $\phi\iota\lambda\omicron\sigma\sigma\phi\iota\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\alpha$, illi sic cogitent, difficiliū
quæstionum non faciles esse explicatus, & in talibus
di.

Præfatio D. Iacobi Schegkij.

disputationibus populares rationes maius habere plerunq; ad fallendum momentum, quàm ad erudendum & ad explicandum uerum ponderis. Quibus etiam eò magis confido, quòd C. F. Theologis, doctissimis uiris, meum scriptum tanquam doctriinæ suæ consentaneum, probari animaduertent. Spero autem nec alijs displiciturum, qui sine affectu & personarum respectu ipsam per se ueritatem amant, quum pietatis hoc sit uel à puero uelle discere, si res ita ferat, si quidem penes ueritatem & non penes personas, auctoritas esse debeat. Subij ego per libenter hanc scribendi prouinciam, quia uidelicet uidebatur mihi requirere disputatio hæc quandam Philosophicam & Scholasticam argumentorū ἀνάλογον, quæ tamen sacrarum literarum fundamentis extrueretur, eisdem coagmentaretur, & ad fastigium usq; deduceretur, quæ copiosè à Theologis nostris quum sint tractata, intra angustias Scholasticæ disputationis, tanquam intra septa quædam, me ipsum continui. Intelligimus autem nos omnes, T. C. ditioni subiecti, quanto studio & ardore animi T. C. in id unicè incumbat, ut pax & ueritas in Ecclesijs regnet, & nihil non moliri eam uidemus, ut scilicet uerus Deus, uerè & secundum præscriptum uerbi sui colatur, ut cognoscatur uerè, quum uidelicet sit hæc uita æterna, cognoscere uerum Deum, & à Deo missum Dominum IESVM CHRISTVM,
Me-

Præfatio D. Jacobi Schegkij.

Mediatorem & Intercessorem generis humani, Dei scilicet Filium, in natura humana subsistentem, de cuius ueritate Personæ, in hoc libello differuimus. De ueritate essentix, & Personarum Diuinitatis, alio quodam, quos libellos si placere T. C. & publicè prodesse sensero, iuuante gratia Diuina, de quibusdam alijs etiam (quæ controuersiam habent, & obscuritatem) quæstionibus simili methodo scribam aliquid. Deus Opt: Max: conseruet nobis C. T. incolumem, & florentem unà cura posteritate sua, cui me humiliter commendo.

Tubingæ 19 Augusti.

Anno 65.

SVMMA

SVMMA DOCTRI

NAE NOSTRARVM ECCLESIA-

RVM, DE DVABVS NATURIS
IN CHRISTO.

I.

PERSONA Christi duabus Naturis constat, Diui-
na uidelicet & humana personaliter unitis.

II.

In fide huius Vnionis, duo extrema cauenda sunt, ne
uel *πρόσσωπον* fingamus, qua uidelicet naturæ præsentis si-
bi inuicem nihil communicent, uel naturas earumq; pro-
prietates confundamus.

III.

Communicatio igitur, quum sit in hac unione, qua Di-
uinitas suas proprietates humanæ naturæ communicat,
planum est, quòd aliter sese sanctis hominibus, aliter hu-
manæ Naturæ in Christo communicet.

IIII.

Quoniam in Christo plenitudo omnis Diuinitatis ha- Col. 2.
bitat corporaliter, cui non ad mensuram Deus dedit Spl- Ioan. 3.
ritum, adeoq; omnem potestatem in coelo, & in terra, sicut Matth. 28.
scriptura sacra testatur. Sancti uerò omnes de plenitudine
eius acceperunt, secundum mensuram donationis Chri-
sti. Propterea non comparatè, secundum magis, & minus,
sed toto genere hæ communicationes differunt: quum fi-
niti ad infinitum, nulla sit proportio.

V.

Quum ergo *λόγος* & assumptæ Naturæ omnia cōmuni-
C. cauerit

cauerit, qui est Omniscius, Omnipotēs, & Omnipræsens,
sequitur quòd humanitatem quoq; fecerit Omniscien-
tem, Omnipotentem & Omnipræsentem.

VI.

Maximè uerò omnium Naturę assumptę Omnipræsenti-
am communicauit, quoniã λόγος non aliqua sui parte in-
carnatus est, quàm non sit diuiduus, sed totus, ideoq; ex ne-
cessitate sequitur, ubicunq; est λόγος, ibi secum habeat, nõ
quidem naturaliter, aut localiter, sed personaliter præsenti-
am humanitatē assumptam: aliàs enim λόγος alicubi De-
us tantum esset, alicubi autem Deus, & Homo, qua ratio-
ne non modò duæ Naturæ, sed etiam duæ Personæ consti-
tuerentur, quod fides, & religio Christiana prohibent.

VII.

Hac communicatione aut Personali, Naturæ, earumq;
proprietas, nec adæquantur, nec confunduntur.

VIII.

Ratio diuersitatis hæc est, quòd quæ filius Dei, (ut cum
Augustino loquamur) habet per Naturã, ea habeat Filius
hominis per gratiam. Atq; hoc modo filius Dei quali *ἰσχυρ-*
λίχια, per humanã naturam, tanq̃ instrumentũ propriissi-
mum, oĩa sua omnipotentię opera perficiat, quam non ab
æterno, sed in tẽpore, in unitatē Personę assumpsit. Ideoq;
etiam creator simul est & creatura.

IX.

Tribuantur ergo Omniscientia, omnipotētia, omniprę-
sentia Naturæ humanæ, non per se, aut absolutè, quatenus
seorsim & in sua substantia consideratur, uel quum Physi-
ca esset, uel ut nunc est, gloriosa, cui secundũ scripturam no-
stra corpora conformia sient, sed propter unionem perso-
nalē, qua est Humanitas in Christo collocata ad dextram
Dei, eiq; omnis potestas est.

Nam

DE PERSONA CHRISTI.

Nam ista proprietatum cōmunicatio, non p̄dicatione
 uerballi duntaxat, sed Personali, uera tamen, & reali, huma-
 nã naturã in Christo tribuitur.

XI.

Ex quo intelligitur, nō rectè colligi ex nostra sententia,
 duas esse diuinitates, duas oīpotentias, quā ex superioribus
 manifestū sit, eādē omnipotentiã in λόγῳ per se esse, in fi-
 lio aut̄ hominis nō quidem ut accidēs, sed ut ueteres loque-
 bant̄, quasi per accidens, eo uidelicet modo, q̄ homo Chri-
 stus uerè illa, & esse possideat. Et q̄ diuina natura, cum illo, *Eph. v.*
 & per illum hominē, in cœlo, & in terra agat, qua ratione *Ioan. 4.*
 ipsa quoq̄ humanitas, sit, & dicatur esse oīpōtens facta.

DE PERSONA DOMINI ET

Seruatoris nostri IESV CHRISTI.

IN mysterio Personæ Christi explicando, neq̄ leuius, ne
 que à paucioribus est erratū & inconsentaneè disputatū,
 quā in mysterio & arcano sanctæ & adorādę Trinita-
 tis. In utroq̄ clarissimum quidē est ueritatis lumen, sed
 tale quod rationis nostræ oculos magnitudine & claritate
 sua perstringat, fidei autem humili obedientia & credulita-
 te apprehensum illuminet omnem hominē uenientem *Ioan. 2.*
 in hunc mundum. Multi certè sunt qui prius scire uolunt
 mysteria Dei, quā credere, quæ tamen, nisi credantur ue-
 ra esse cognosci nequeunt, & cupientem scire, id est, causas
 cognoscere mysterious, & inquirentem eas sine fide su-
 perbè & insolenter, prius contingat opprimī à gloria subli-
 mitatis, quā scrutando ad causarum notitiã peruenire,
 quas equidem causas uelle apprehendere non prælucente
 fide, & uerbo Dei, non pietatis est, sed incredulæ cuiusdam
 curiositatis, plus rationi humanæ, quā Dei oraculo tri-
 buētis. Omnes aut̄ rationes sacrorum ad fidei analogiã seu
 normã exigēdas, Apostolus Paulus præcipit; Lucerna em̄

pedibus nostris est uerbum Domini, in rebus Diuinis illu-
 minans tenebras mentis nostræ, quæ Deum sine uerbo
 Dei compræhendere non potest. At quòd de rebus diui-
 nis non rectè sentimus, duæ sunt causæ, quarum una est,
 non credere oraculis Dei: altera, non consentaneè illa in-
 terpretari. Vera enim omnia, sunt consentanea, & uerissi-
 ma (ut sunt quæ Deus de se nos scire uoluit) sunt maximè
 consentanea, quæ ut nobis quoq; uera uideantur, eruditio-
 ne quadam est opus. Hæresis porrò omnis nihil aliud est,
 quàm impietas quædam pertinax, proueniens à ruditate
 & imperitiâ interpretandi sacras scripturas, quas peritè in-
 terpretantur Prophetæ, & Apostoli à Spiritu sancto illu-
 strati homines. Nos uero interpretamur illas, non sine eo-
 dem quidem Spiritu: uerùm hoc interest, quòd illi omni-
 no *θεοδιδάκτοι*, id est, à Deo docti, auctores fuerunt scriptura-
 rum, nos autem interpretes esse possumus: si legitime om-
 nia quadrare omnibus intelligamus, rectè secando, & com-
 ponendo, quod ineruditi in disciplinis in Ecclesia non præ-
 stant. Doctoribus enim id negocij commissum esse D. Pau-
 lus testatur à Spiritu Dei: qui sit ordinis, & ueritatis confer-
 uator in Ecclesia Christi. Iidem Doctores autè docti quoq;
 erunt, sed ab alijs accipientes eruditionem, non ut Prophe-
 tæ & Apostoli, solo Spiritu sancto, & nullo adminiculo do-
 ctrinæ humanæ, *θεοδιδάκτοι*, id est, à Deo docti. Omnes igitur
 qui recedunt à consentanea sacrarum literarum inter-
 pretatione, hæretici sunt censendi, si quidem pertinaciter
 errores suos defendant. Inconsentanea autem dicuntur hæc
 quibus tanquàm falsis, instantia uera opponitur ex sacris
 oraculis, quorum harmoniam & consensum diuellunt,
 qui non intelligunt quo pacto uera ueris sint connectenda,
 & *ἀλόγως*, id est, absurdè cõponenda diuidunt, ac uicissim,
 diuidenda cõponunt *ἀναρμύτως*, id est, incõcinnè. An non
 ideo

ideo damnatur erroris Nestorius: quia uidelicet in persona Christi unitatem personæ non rectè diuisit: utrisque scilicet personatis naturis. Et contra, Eutychetis error peruersæ compositionis nomine & crimine damnatur, quòd mirum discrepantes naturas unitate personæ ita coaluisse censet, ut penitus humana sit abolita & quasi absorpta per diuinam naturam, qua sola definiendus sit Christus. Nestorius in Christo statuit, ut duas naturas, ita quoque duas personas. Eutyches contra, ut unam Christi personam, ita quoque naturam ipsius unam esse opinatus est. Ex quo percipitur, illum non rectè diuisisse, hunc uerò non legitimè cõposuisse ambas naturas in Christo, de quibus rectè, & secundum analogiam fidei sentiens orthodoxa catholica Ecclesia utrisque sese opposuit, per oia consentiente ueritate scripturarum: illorum refellendo errores, cuius nos quoque defensionem in præsentia suscepimus: eruditorum, atque piòrum iudicio nos subiicientes, non tam docere scilicet, quam discere parati ea quæ pertinent ad pietatem, & uerum cultum Dei omnipotentis. Iungemus autem in hac disputatione, Theologiæ, quædam Philosophiæ adminicula, quod nuper etiam fecimus, scribentes contra Antitrinitarios: nec prælidium illud repudiandum, & aspernandum censeo, quum ne Salomon quidem, templum illud suum nobilissimum Deo Israël uero dedicatum, sine opibus Tyri, & materia à rege Hyrâ suppeditata, construxerit. Neque uerò hoc loco philosophiam appello, quæ rationis humanæ umbras consecrās, lumini & splendori uerbi Dei sese opponit, quam non modò D. Paulus, sed nos etiam omnes qui Deum colimus ex præscripto uerbi Dei, damnare debemus: sed hanc philosophiam, quæ principia disciplinarum non confundat, non sacra prophanis, id est, quod pro uerbo dei confundat, non sacra prophanis, id est, quod consentaneè, accurate solet, Cælum terræ non misceat, sed consentaneè, accurate

8
 tē, exquisitē de rebus diuinis ex uerbo Dei disputet, non
 profanas & humanas admiscens phantasias, quod ipsum
 sanē ueram philosophiā esse dicimus, & sine qua de rebus
 obscuris & difficilibus ad intelligēdum, disputari planē &
 apertē non possit. Siquidem autore Aristotele, <sup>ὅτι τοῦ ἐκού-
 σην μέθοδον φιλοσοφοῦντί δικεῖόν ἐστι τὸ μὴ παραρᾶν, μὴ δὲ ἔκκαταλι-
 πειν, ἀλλὰ ἀθλοῦν τοῦ ἐκάστον, ἀλήθειαν.</sup> Idē Aristoteles philoso-
 phiā hanc, aliās appellat *παιδείαν*, & eruditionem, qua ui-
 dere quispiam possit quid in quaerere, de qua disputatur,
 insit ueri aut falsi, quā nihil aliud est, quā disciplinarum
 omnium cōmūnis Methodus, quā nō affert materiam,
 sed propositā ritē digerit & disponit, in omnes partes ani-
 mi aciem non hallucinantem intendens. Quicquid igitur
 in Philosophiā iuuare potest intelligentiam, & promo-
 uere cognitionem Veritatis eius quā nobis proposita est
 in sacris scripturis, praelucente scilicet uerbo Dei, & eiuf-
 dem certissima fide subsequente, ab eo studio tantum ab-
 est ut abhorrere tanq̄ inutili & pernicioso debeamus, ut
 propter infirmitatē captus, & ingenij nostri, nullarum arti-
 um studio diligentius incumbere debeamus, q̄ huic philo-
 sophico, quosī quis ad decipiēdum abutatur, iam non cer-
 tē Philosophus, sed Sophista sit appellādus. Quādo autem
 nō imparati à uera philosophiā quæstiones difficiles dispu-
 tando excutimus, prouidē omnia circūspicientes nihil
 alieni admiscebimus, nihil eorum quæ propriē pertinent
 ad cognoscendam ueritatem, omitemus. Honori autem
 & glōriæ Dei ut philosophiā, ita omnia reliqua debent
 inseruire: nec solus Israël, sed etiā omnes gentes, & omnes
 populi laudent nomen Dñi: quum idem sit oīm creator,
 & reparator salutis æternæ Dñs noster Iesus Christus, ad
 gloriā Dei Patris. A Trinitate. n. creati sumus, à Persona
 Christi restituti in integrum, & quasi denūo recreati in ho-
 uum

DE PERSONA CHRISTI.

vum hominem, quem Satan malignus non tantum à Deo
 fraudibus suis separauerat, sed ipsum quoque quasi in duas
 partes dissectum creatum integrum hominem, unam eius partem
 ignorantia & cecitate diuellens à creatore; alteram inflamman-
 do peccatis, & concupiscètia (qua nos sibi mancipatos ad se
 traheret) irretiens, totum mundum sibi fecit misera seruitu-
 te peccatorum obnoxium. Ei sese opposuit Antagonista Dñs
 noster IESVS Christus, Filius Dei, assumpta natura huma-
 na, superbium uictorem scilicet humilitate eius nature, quam ipse
 in nobis subdole uicerat, uicissim uincens, & suis uulneribus.
 nostra curans uulnera, suam cum Deo unitate nos cum Deo re-
 concilians, & dissectam nostram naturam in unum colligens, nem-
 pe internum, & extetnum hominem redintegrans, duos scili-
 cet cõdendo in semetipso in unum nouum hominem, faciens
 pacem, & reconcilians ambos in uno corpore Deo per cru-
 cem, nos à seruitute Diaboli liberauit, atque in pristinam liberta-
 tem uictoria sua uindicauit: eque scilicet misericors & iustus,
 crudeli & iniusto hosti sese opposuit, ex cuius dñatu nos eri-
 piens, transtulit in regnum cœlesti, à quo excideramus. Deus
 itaque non ut hominem sine homine creauit, ita eundem sine homine resti-
 tuit in integrum, sed in Christo, & per Christum noua creatura
 sumus, ut non minus solliciti, ut de Christo, quam de Deo recte
 & catholicè sentiamus et loquamur, esse debeamus. Ut autem
 duo sunt precipui errores, quibus hallucinant Heretici non
 recte de Trinitate sentientes, quorum unus est, quo unitas ne-
 gat Essentiæ, qualis Arrii fuit: Alter, quo personarum Tri-
 nitas unitate essentiæ conuellitur, quemadmodum Sabel-
 lius sensit. Ita in Persona Christi contrarij fuerunt errores,
 Nestorij, & Eutychetis, illo naturam diuinam & humanam
 personis distrahente, hoc autem propter unitatem personæ, utraque
 naturas confundente, & ut personam, ita quoque naturam unam
 asserente, eo scilicet quo paulò antè dictum est modo utriusque
 hallucinantibus.

2. Cor. 5.

hallucinantibus. Scripto sane illo utriusque hæresim non consentaneam scripturis demonstrabimus: Quod tamen prius non intelligetur, quam ueritatem Catholicæ & Orthodoxæ fidei explicem. Nam quod hæreses uidentur ueræ, & consentaneæ, nullam aliam ob causam fit, quam ignorantia uerioris sententiæ. Hanc prius igitur demonstrare oportet, quam contrarias opiniones refellere, quarum falsitas, incognita ueritate, nequit intelligi, multò certè minus refelli poterit, aut confutari argumētis, quorum fides rectè & piè creditis nititur, & quibus abuti etiam ad errorem possit aliquis imperitus artis huius, quæ docet uerum à falso distinguere. Quæ ratione artis & methodi hanc disputationem suscepi tractandam, & quæ etiam maximè scripturarum sanctarum ab peruerso abusu hominum in eruditorum uindicando, legitima nimirum tractatione argumentorum, in quibus nullus error latere poterit. si omnibus omnia consentaneè dicantur, id est, si nihil dicatur, quod à ueritate sacrarum literarum sit alienū. Neque enim aliam habemus normam, ad quam referenda sint omnia quæ de sacris, & ueritate religionis disputantur, quam totius scripturæ non tantum assensum, sed etiam consentanea, & in nulla re discrepantes Spiritus sancti sententias ac testimonia.

Et persona quidem Domini nostri IESV Christi: primum est officio suo & energia definienda: deinde de Essentia, seu substantia ipsius differendum: tum de proprietatibus, quæ Christo partim insunt ratione personæ, partim ratione alterutrius naturæ, quum diuina, & humana naturis constituantur Persona Christi. Et causa quidem Energicæ, dicitur Christus ab Apostolo Paulo: Potentia Dei & Sapientia, quia uidelicet Deus Pater per illum omnia creauit: etc.

inde per peccatum in deterius prolapsas creaturas, denuo eas recreauit per eundem, & in integrum restituit, atq; instaurauit omnia, abolitione mali, & peccati, quo integritas creature fuit à Diabolo labefactata, & opera creationis Dei fuerunt malitiosè euerfa. Ostensum est & demōstratum in sacris, à Deo omnia esse condita per Filium, tanquàm ἀρχι-
 οὐργον, id est, architectum, & opificem λόγον, id est, Verbum
 omnis creature. Quia uerò sine illo factum est nihil, ob id,
 Verbum, seu λόγος, potentia, & sapiētia Dei dicitur, ἡ τὴν
 (ut Plato loquitur) ἀϊτίας δυνάμιν, id est, propter causa po-
 tentiam, de quo dictum est in disputatione contra Antitri-
 nitarios. Cùm autem peccatum, & mors, per diabolum in
 mundo dominarentur, misericors Deus, Sapientiā & Po-
 tentiam suam non passus est esse ociosam, ut nimirum bo-
 nitatem suam, & misericordiam magis testatā faceret, nō
 rātum creādis benè rebus omnibus, sed etiam uitio & pec-
 cato suo lapsis conferendo salutem, restituendo easdem, &
 à merito exitio, & ab interitu uindicando per remissionem
 peccatorum gratuitam, adhibita tamen eorūdem iusta ex-
 piatiōe, quam per mediatoris, & redemptoris IESV Chri-
 sti personam nobis præstitit, non minore potentia, quàm
 hæc fuit, qua ex nihilo creauit omnia Deus. Nā delere pec-
 cata, condonare culpam, non fuit minus opus potentia, &
 misericordia Dei, quàm creare, quàm suscitare ex mortu-
 is: imò si rectè consideremus, multò potentius, & admira-
 bilius opus est, liberare à malo, quàm creare bonum. Ma-
 lum enim Deo, id est, ipsi Bonitati aduersissimum est, nē-
 pe peccatum, & iniusticia, quibus inimicissimè Deus sese
 opponit. Sed in bonitate Misericordia uincit iusticiam, &
 tamen non sine iusticia misericors Dominus: non enim si-
 ne mediatore Christo nobis est propitius. Quò respiciens
 Regius quoq; Propheta dicit: Et super omnia opera eius,

misericordia ipsius. Et in Euāgelio Marci inquit Christus:
 Vtrum facilius est dicere Paralytico, remittantur tibi peccata, quā dicere, Surge, & tolle grabbatum tuum, & ambula: Eodem accedit, quōd Deus Verbo suo quidem omnia creauit: peccatum autem, Verbo quidem eodem, sed adiuncta & assumpta humanitate profligauit, & omnia restituit in integrum Verbo incarnato, id est, Domino nostro IESV Christo. Is factus est nostra iusticia, eundemque Deus constituit Dominum & regem uniuersorum, omnē Dominatum & potestatem ei subiiciēs, & per eundem reconcilians sibi mundum peccati scilicet & mortis profligatorem, uictoremque illum contrariæ potestatis esse uoluit. Quam uictoriam cōsecutus est obedientia carnis suæ, quā prestitit Deo, ut pro nobis satisfaceret iusticiæ Dei, Per hanc obedientiam uoluit Deus omnia restitui collapsa, & propter eandem data est ei potestas (Non quōd eam nō haberet, propter Vnionem personalem Verbi, τῆ κτῆσεως, sed quod energæa eam nō semper exerceret deposita humilitatis & serui forma, quā maiestatem suam occultabat) data est ei inquam ut homini Christo, nō ut Verbo, potestas etiam omnium quæ sunt in cœlo, & in terra, & ad dexteram Dei collocatus in cœlo, ratione gloriosi status, quum impleffet omnia Deo placita in statu humilitatis & patientiæ: quamuis idem Christus omnipotens esset, mediator electorum, & uindex inimicorum suorum est constitutus, quorum Iudex etiam est in nouissimo futurus. Post iudicium autem restitutio omnium erit in integrum, quo perfecto, Deus omnia erit in omnibus, abolita omni potestate & dominatu potentia Mediatoris. Post iudicium autem, mediator quoque desinet esse mediator Christus, (Intercessor enim esse desinet Christus restitutione omnium facta) cūm aboleuerit omnem principatum, & omnem

1. Cor. 15.

nem potestatem & uirtutem : tum enim traditurus est regnum æternum & perfectum Deo , & Patri . Potentiam Mediatoris Paulus officio regio Christi describit; eundẽ *Esaie 9.* saias quoque Patrem futuri seculi appellat; & idẽ Paulus, Christum à Deo constitutum inquit, ut summatim instauraret per ipsum, & quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, Et in fine eiusdem Epistolæ: Potentiam Christi sedentis ad dexteram Patris in cœlestibus, his describit uerbis: Quem sedere fecit ad dexterã suam supra omnem potestatem, principatum, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, uerum etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius. Potestas igitur hæc adscribitur Christo: quia filius hominis, & quia semen Abrahæ. Filius enim Dei, nempe Verbum, & λόγος, id est, Verbum assumẽdo naturam humanam, opus Diaboli destruxit, regnũq; ipsius uastauit, eoq; pedibus ipsius omnes inimici Dei dicuntur esse subiecti. Quis ergo est qui obnoxia fecit omnia Filio hominis? Diuinitas scilicet, quæ in ipso inhabitat corporaliter, ad cuius dexterã quoq; dicitur sedere, significãte scriptura hac phrasĩ, hominis Christi potentiam, & maiestatem, qua dicitur super omnes creaturas exaltatus, nempe per, & cum humanitate assumpta Verbo hanc restitutionem æternæ iusticiæ, & plenitudinis exerceente . Quoniam ut Deus Pater per λόγος, id est, Verbum creauit omnia, sic λόγος, id est, Verbum, assumpta natura humana, per eam instaurauit ruinam seculi huius, & humilissimus & despectissimus dominatus omnes aboleuit. Instaurabit, inquit Dauid, & implebit ruinas. Et præcursor Dñi Ioannes Zachariæ filius, Potentiã Messiaë, oẽm dominatum sub se habentis, & sua maiestate præsidẽtis, iusteq; dispensantis oĩa, uerbis his expressit: Ois uallis implebit, & ois mons, & collis reddet̃ humilis: Et fiet quæ

*Ephẽ. s.**Psal. 110.**Luca 3.
Esaie 40.*

Mat. 14. 26.

Mar. 13.

Lucæ 21.

Acto. 3.

obliqua sunt, directa, & asperæ, uertentur in uias planas, Et uidebit omnis caro salutare Dei. Et hac ratione Christi persona, ut dicitur omnipotens Deus, ita quoque rectè dicitur omnipotens homo, quando quidem sit eadem ad numerum utriusque naturæ hypostasis, & ipsemet Christus suæ humanitatis maiestatem prædicet in Euāgelio, nempe, quòd habeat sub se Angelos, & dominatum omnem, & iudicium quoque, quatenus sit Filius hominis sibi traditum doceat. Item quòd nobiscum sit futurus usque ad consummationem seculi. Regnat enim Christus homo uel secundum humanitatem sedens scilicet ad dexteram omnipotentis, usque ad tempus restitutionis omnium, qua potētia ipsius in rebus creatis abolito dominatu omni, solus Deus regnabit, omnia scilicet existens in omnibus, quando non amplius quicquam à potestate contraria negocij erit creatis rebus, semper æternum in Deo sabbatum agētibus, & nec in melius, nec in deterius à quoquam promouendis. Non autem eodem modo omnipotentem hominem Christum, seu humanitatem ipsius dicimus, quo Deum ipsum, sed ratione totius personæ, & quatenus humanitas instrumentum est Diuinitatis quodammodo (Quia per ipsam, & cū ipsa humanitate Filius Dei, cum qua est personaliter iūctus, regnet, & gubernet omnia) sine qua Deus recreationem hanc, & profligationem mali, & peccati facere consilio æterno noluerit. *ἡ πόσις ἐστίν*, id est, ad unum relata uocabula hæc significantia appellant à Philosophis, ut quum instrumentum Omnipotentis, appellatur etiam Omnipotens, quum per se non sit, sed quo pacto per accidens sit omnipotens humanitas, suo loco explanabimus. Vidit abolitionem hanc omnis dominatus, & potestatis Daniel quoque Propheta, traditumque regnum à Deo, Filio hominis, cuius maiestati subiecta fuerint omnia in instauratione regni cœlestis, in consummatione

rione seculi huius. Aspiciebam, inquit, in uisione noctis, &
 ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, &
 usq; ad antiquum dierum peruenit, & in cōspectu eius ob-
 tulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & regnum, & hono-
 rem, & omnes populi & linguæ ipsi seruiēt. Potestas eius,
 potestas sempiterna, quæ non auferetur, & regnum eius
 quod non corrumpetur. Perfuncta suo officio humanitas
 Christi, nempe intercessionis, & restitutione omnium fa-
 cta, regnū cœleste Deo, & Patri resignabit, suaq; ipse diui- 1 Cor. 15.
 nitate beatificans cum Deo Patre, & Spiritu sancto, omnia
 erit in omnibus, sine fine. Quantam potestatem Christo se-
 cundum carnem Paulus tribuat, qui uis ex ipsius Epistolis Rom. 14.
 intelligit, quale est illud etiam: In hoc enim Christus mor- Eph. 1.
 tuus est, & resurrexit, & reuixit, ut mortuis, & uiuentibus
 dominetur. Et alibi: Usq; ad dispensationem plenitudinis
 temporum, ut summam instaret omnia per Christum,
 & quæ in cœlis sunt, & quæ in terra. Et paulò post: Secun-
 dum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit
 in Christo, cum suscitaret eū ex mortuis, & sedere fecit ad
 dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatū,
 & potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen
 quod nominatur non solum in seculo hoc, uerum etiam
 in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit
 caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus illius, com- Eph. 4.
 plementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Item:
 Qui descendit, idem ille est qui ascēdit supra omnes cœlos,
 ut impleret omnia. & ratione quidem humanitatis descen-
 disse & ascendisse Christus dicitur. Item, cum ratione diui-
 nitatis participatæ (quam Paulus appellat *μορφῆν θεοῦ*, id est, philip. 2.
 formā Dei) æqualis Deo esset, nihilominus humilimum se
 p̄stitit, & obedientissimū, eoq; obediētis merito Deus illū
 extulit in summam sublimitatē, ac donauit illi nomen qd
 est

Cap. 3.

est supra omne nomē, ut in nomine IESV omne se genū
 flectat, cœlestium, terrestriū, & infernorum, omnisq; lin-
 gua cōfiteatur, quōd Dominus sit IESVS Christus ad glo-
 riam Dei Patris. Et paulò pōst: Nostra conuersatio in cœlis
 est, ex quo & expectamus seruatorem IESVM Christum,
 qui transfigurabit corpus nostrę humile, ut conforme red-
 dat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest
 etiam subijcere sibi omnia. Hęc dicuntur omnia de Perso-
 na Christi secundum humanitatem, propter quam Deo ὁ
 γὰρ adscribitur omnis hęc dispensatio præsens & futuri se-
 culi, quam exercet assumpta natura humana Christus, ut
 in omnibus sit primas tenens, quoniam complacitum est
 Patri uniuersam plenitudinē inhabitare, & per eum recon-
 ciliare erga se cuncta, pacificatis per sanguinem crucis eius
 per eundem: siue quę in terra sunt, siue quę in cœlis. Item,
 de humana natura Christi dictum illud quoq; est: Quoniā
 in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, &
 estis in illo completi, qui est caput omnis principatus, ac
 potestatis. Alioqui Christus, tanquā caput, quatenus De-
 ὁμογενὲς, id est, eiusdem generis quiddā, quum cōparabilia
 sint, aut ὁμοφθῶν, aut ὁμογενῶν. Principatum autē inter creaturas
 obtinet humanitas Christi, & ob id Christus caput omni-
 um dicitur, ac Dominus, quam excellentiam Christo ad-
 scribit Ioannes in Apocalypsi: quia sit agnus Dei media-
 tor, & reconciliator Dei, & hominum, & hoc eodem no-
 mine Pater etiā futuri seculi, ac regni cœlestis Dominus di-
 citur. De maiestate humanitatis Christi multa scripsit Io-
 annes Apostolus in Euangelio suo, testimonio Ioannis di-
 etiam præcursoris plenitudinem eius comprobans: De
 plenitudine eius, inquit, nos omnes accepimus. Item:
 Qui ē supernis uenit, supra omnes est. Qui ē cœlo ue-
 nit,

Colos. 1.

Colos. 2.

Apocal. 5.

Ioan. 1.

nit, supra omnes est. Non enim huic ad mensuram dat
 Deus Spiritum, Pater diligit Filium, & omnia dedit il-
 li in manum. Humanitas certè est Christi, cui datur Spi- 1. Ioan. 3.
 ritus, & Filius Davidis est, cui dixit; Dabo tibi gentes
 hæreditatem tuam, & possessionem tuam, fines terræ.
 Cui unquam Angelorum dixit, Sede à dextris meis?
 Ex quo cognoscendum est, quanta sit, & quàm im-
 mensa dignitas, & potestas humanæ naturæ in Chri-
 sto: propter quam in hunc mundum missus dicitur Colos. 1.
 Filius DEI, & postea collocatus ad dexteram, in
 gloriâ DEI Patris: principatum in omnibus ha-
 bens: Primogenitus (quoad DEVS & Verbum) om-
 nis creaturæ, & ante secula: Primogenitus (quo-
 ad semen Abrahæ) etiam ex mortuis, ut sit in omni-
 bus primas tenens: Quoniam in illo complacitum est Ephes. 1.
 Patri, uniuersam plenitudinem inhabitare, Summa-
 tim, instaurans omnia per ipsum, quæ in cœlis sunt, & quæ
 in terra.

Maiestatem certè hanc homini CHRISTO
 tribuit scriptura nullam aliam ob causam, quàm pro-
 pter unionem Personalem Verbi cum natura huma-
 na assumpta: Quoniam, ut Diuus Paulus inquit, De- 2. Cor. 5.
 us erat in CHRISTO, mundum reconcilians si-
 bi, non imputans eis peccata sua. Et alibi CHRIS-
 TVM appellat DEVM, & hominem, sic scri- Rom. 9.
 bens: Ex quibus est CHRISTVS, quantum at-
 tinet ad carnem, qui est in omnibus DEVS laudan-
 dus in secula. Et Ioannes in principio sui Euangelij
 testatur, Verbum esse factum carnem, & habitasse in
 nobis. Et Paulus Apostolus, Magnum, inquit, esse My-
 sterium pietatis: credere Deum manifestatum in car- 1. Ioan. 5.
 ne. Et in Canonica Ioannis Epistola; Et sumus in uero, in
 Filio

filio eius IESV Christo. Hic est uerus Deus, & uita æterna. Dies me deficiat, si ex Prophetis & Apostolis testimonio omnia producere coner, quibus uera diuinitas & im-
mensa maiestas Homini Christi astruitur. Sed hoc tamen
adhuc non agitur in præsentia: quum propositum nobis
sit de Persona Christi, & utriusque naturæ unione Persona-
li differere: quum hæreticum sit scilicet, aut utriusque in unâ
confusis naturis, aut naturis personaliter distinctis, utris-
que constituere & definire Personam Christi, ut ab in-
itio diximus.

Primus Arti-
culus.

Vocabulo Personæ, & Hypostaseos, tanquam idem si-
gnificatibus, plerique sunt usi: Tæti Scholastici hypostasin
appellantes Suppositum, à persona dicant differre Suppo-
situm, tanquam à Specie, Genus. Et supposito quidem signi-
ficari quamlibet rem, & naturam singularem, numero u-
nam, & incommunicabilem. Id ipsum quoque significari uo-
cabulo Personæ, sed in specie, qua nimirum intelligatur
Persona esse suppositum, seu incommunicabilis Substan-
tia, particeps mentis & intelligentiæ. A Boëtho in libro de
Naturis duabus contra Nestorium, definitur Persona, esse
rationalis naturæ indiuidua Substantia. Intelligentem
naturam, uel simplicem, ut Angelum, uel cum corpore com-
cretâ, ut, Animam humanâ, quam alias λογικὴ, id est, ratio-
nalē appellamus, uocabulo rōnalis naturæ expressit Boë-
thus, ut & Angelis, & hominibus, hac ratione quadret no-
men Personæ, & præterea differentijs quoque Hypostaticis in
essentia diuina, de quibus nihil opus est in præsentia loqui.
Sunt autem quatuor modi, quibus communicabile dici-
tur quippiam. Primus est, quo pars, seu partes communi-
cantes constituunt totum incommunicabile. Secundus,
quo constituentia faciunt constitutum incommunicabile,
le, ut Essentia Diuina, & differentia hypostatica, personam
in

Quid differ-
minis sit se-
cundum Scho-
lasticos do-
ctores inter
hypostasin
& personā.

Quid sit
persona.

Quatuor
modi quibus
dicitur ali-
quid com-
municabile.

in Trinitate incommunicabilem cōstituunt. Tertius, quo
 forma, & subiectum constituunt unum incommunicabi-
 le, ut materia, & forma. Item, Subiectum, & accidēs. Quar-
 tus, quo tanq̄ peculiari utimur in constitutione personæ
 Christi, quam communicatis duabus naturis dicimus cō-
 stitui incommunicabilem, nempe Verbi Persona, seu na-
 tura, assumente, seu personaliter associante sibi, seu, ut bar-
 barè loquar cum Scholasticis, sustentificante naturam hu-
 manam, tanq̄ sustentificatum quiddam. Ex quo perspici-
 tur, Personam ex communicantibus quibusdam constitu-
 tutam esse, ipsa existente incommunicabili. Et naturas qui-
 dem dici quasi partes constituentes, & constituendo com-
 municantes. Rem uerò cōstitutam, dici rem, aut naturam
 singularem, & incommunicabilem, suppositum scilicet,
 aut personam, quas *ὄντως* Aristoteles appellat primas *ὄντι-
 ας*, & *ἴδιον*. Præterea evidens est ex his quæ diximus, perso-
 næ uocabulum priuatione quadam intelligi *κοινωνίας*, quæ
 do quidem consignificet, seu ut scholæ loquuntur, conno-
 tet negationem quadruplicis communicabilitatis, de qui-
 bus modò est dictum. Alij sic definiunt Personam, ut sit,
 Intelligentis naturæ incommunicabilis subsistentia. Et ali-
 us hoc modo, Persona est suppositum seu hypostasis intel-
 ligentiæ particeps. Vt autem ex duobus communicanti-
 bus fiat unum incommunicabile, seu Suppositum, seu per-
 sona, in causa est, quòd communicantium, unum, habet
 rationem actus, & alterum, rationem potentiæ. Nam quæ
 non ita se habent, personam unam, aut Suppositum, seu
ἴδιον nō constituunt. Nam neq̄ ex duobus actu subsisten-
 tibus, unum constituit *ἴδιον* id est, singulare, ut ex duabus
 personis nequit una persona constitui. Neq̄ quoad ambo
 constituentia rationem habēt potentiæ. Vt quæ miscentur
 elementa, quæ omnia sunt in Mixto corpore *σύνθετον*, non

*Sustentifica-
 re, hoc loco
 significat, fa-
 cere naturā
 humanam in-
 communicabi-
 lem et per-
 sonalem rati-
 one personæ
 diuinæ, quæ
 seipsa est pe-
 sona.*

*Natura, cō-
 municabilis
 est, sed per-
 sona, est in-
 communicabi-
 lis.*

*Secundus Ar-
 ticulus.*

E sunt

sunt etiam actu suppositum, seu τὸ δὲ π quoddam. Materia enim sunt mixti corporis, & quatenus materia, non reuera, sed φανόμενον quoddam τὸ δὲ ζ existunt, nempe quod nō sit, sed possit tamen esse actu, & seipso subsistens post separationem Mixtorum. Ex necessitate igitur una constituentium, rationem actus, & ἐντελεχείας, & altera rationem δυνάμεως, seu facultatis habebit, si causa compositionis aliquid dicatur unum actu esse & τὸ δὲ ζ. Quandoquidem autem Christus quoque nomen sit personę, ac significet τὸ δὲ π, quomodo se habentibus, & communicantibus naturis cōstituatur, considerandum erit, ne uidelicet uel in Nestorij, uel in Eutychetis errorem incidamus, de quibus ab initio diximus. In persona Christi duas inesse naturas, autoritate sacrarum literarum liquet, quomodo autem utrisque una constituatur persona, non perinde facillē est cognoscere, quandoquidem aliud aliq̄ uideatur uerum esse, nos Orthodoxum & Catholicum uerum in pręsentia ostendere conabimur. Humanam naturam in quouis homine seipsa partium compositione personari, id est, duarum naturarum coalitu, quarum una actus, & altera potentię seu δυνάμεως habeat rationem, singularem, & incommunicabilem οὐσίαν, seu τὸ δὲ ζ, & personam constituti, ex philosophia est perspicuum. Neutra enim pars seu natura, persona est, sed tertium ex utrisque constitutum personę nomen obtinet, aut hypostaseos. In his itaque quum dicimus uniri partes personaliter, nihil

Tertium Articulus:

Qua ratione persona Christi differat ab alijs personis.

aliud uolumus intelligi, quàm unione hac fieri personam, quę prius nulla fuerit. Sed in Christi persona ratio hæc constitutionis non undiquaque consentanea est. Siquidem natura Christi diuina, non tantum natura, sed persona quędam etiam ab æterno fuit, nempe Verbum, & Filius Dei ab æterno. Non enim ipsa natura diuina, qua

tenus

tendens natura diuina, caro est facta. Non enim tota Trinitas, sed duntaxat Filius Dei est homo factus, ut necesse sit nobis fateri, sub ratione potius personæ Verbi, non naturæ diuinæ, assumptam esse carnem, aut naturam humanā, quibus utrisq; constituta sit persona Christi. Veruntamen natura Diuina Christi, quamuis ESSE Personale ab æterno habuerit, non ita quoque natura humana (qua dicitur natus Christus in tempore, & ex muliere) personaliter aut naturaliter præfuit, ut prius scilicet fuerit hominis Filius, quam Christus. Actus igitur rationem, seu instar cuiusdam actus habebit, Verbum, non tam ratione naturæ, quam rationæ personæ diuinæ, seu Verbi, respectu scilicet naturæ humanæ, ut quæ duntaxat assumpta sit à Verbo, quatenus natura, & non quatenus persona, habens instar quoddam cuiusdam *ὁμοουσιου*, respectu naturæ Verbi. Et propter assumptionem à Verbo Dei, natura humana hæc assumpta, non hoc modo personatur à persona Verbi, ut ex natura humana fiat, aut persona Verbi, aut persona Christi, (quemadmodum Eutyches est opinatus, quem errorem refugiens Nestorius, naturam humanam, propria etiam quadam personalitate, limitauit) non, inquam, sic personatur quatenus assumptione, & unione hac hypostatica natura humana in diuinam personam conuertatur, aut Verbi, nempe filij Dei personam aut Christi, quum homo Christus, non sit humanitas, neq; quatenus à diuina persona assumente Personale ESSE proprium quoddam accipiat natura humana, nempe ut duabus naturis, ita quoque duabus existentibus personis, efficiente nimirum Verbo, assumptam naturam, personam aliam à persona Verbi discrepantem. Sed hac ratione unum Personale, & Christi ESSE, ex utrisque naturis constituitur, quoad Persona Verbi naturam

humanam ita sibi asserit, & eam sibi deuincit arcu, & intimo quodam assumit complexu, ut eius nature nempe humanæ paronymum, & concretum uocabulum humanitatis, de constituto prædicari, & dici perinde possit, atque prædicaretur de ipsa, si separatim absq; Vnione illa esset, et solitaria existeret. Vt ab humanitate assumpta, Christus tam dicitur & denominatur Homo, quam si ipsa per se esset; & perinde ac seipsa subsistente quispiam Homo appellari consuevit. Atqui propter assumptionem, natura humana iam non subsistit seipsa, sed in hypostasi Verbi, unde fit, ut Verbum etiã dicatur Homo, qua ratione, Verbum, Christus appellatur etiam, quæ natura humana si separata esset à Verbo, seipsa Homo, & Persona diceretur, & Ἰὸ δὲ τῆς, non propter Personam Verbi assumptam. Huic unioni naturarum in Persona Christi nulla similis reperitur in Creaturis, & nisi consentaneis hypothesibus fuerimus usi, aut in Nestorij, aut in Eutychetis errorem prolabemur. & λέγειν ὅτι ἐκ τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων, λέγειν καλῶς, κατ' ἐπιχρησιν, id est, difficile enim est ex non benè positis, consentaneum aliquid concludere, secundum Epicharmum.

Quartus Ar
ticulus.

Cæterum Vnionis uocabuli, quo naturas unitas in Persona Christi dicimus (cùm relatione extremorum intelligatur) quod fundamentum, & quinam terminus sit, considerandum erit, Cuius unionis extrema sunt οὐσίαι, ea nimisrum uel causa Informationis unita dicuntur, ut constitutum ex materia & forma. Aut causa Aggregationis, multa, dicuntur Vnum esse, ut mixtum ex elementis corpus sine forma substantiali, unum per accidens est, quemadmodum acerus frumentorum, οὐδ' ἐν ὅσων ἐν ὅσων, ἀλλ' οἰοσώδης, id est, nihil horum, Vnū est, nisi hoc modo, quo Aceruus, ut Aristoteles inquit in Metaphysicis. Aut causa ordinis, ut si posterius à priore quodam dependet, gratia cuius

cuius ordinis cum illo dicatur unitum, ut pars *δυνάμει* integralis, posterior *φύσει* est totius integralis Essentia seu *οὐσία*, à qua essentia pars habet ut sit, ac nihilominus pars illa peto-
 ri nempe Toti dat denominationem, ut à capite, dicitur ca-
 pitatum. Primo modo, non possunt dici unitæ naturæ in
 Christo, siquidem *ἐντελεχείᾳ*, & formæ rationem, Ver-
 bum, respectu naturæ humanæ, nequit habere: derogaret
 enim informatio hæc perfectioni diuinitatis. Nam Forma
 huiusmodi, per se, ac seipsa, non intelligitur perfecta esse, &
 in quibusdam etiam omnino non esse, nisi sit in subiecto.
 Quum quando sunt tales formæ in subiecto, dicantur actu
 esse: quatenus extra subiectum, duntaxat potentia dicantur
 seu *δυνάμει* esse tales Formæ, ut Albedo, ut motus, aliàs
 actu, aliàs potentia tantum in subiecto dicuntur esse. Et A-
 nima humana, licet seipsa etiam absq; subiecto & corpo-
 re subsistat, nihilominus, quia perfectum eius Esse est, quo
 ad intelligitur Actus, seu *ἐντελεχεία* quadam esse corporis,
 & imperfectione quadam *δυνάμει* participet: qua ratione
 separata est à corpore (quoniam ut inquit Plato: *ἡ ψυχή*
ἐπιμελήσῃ τῷ σώματι) iccirco ut perficiatur, coniungi eam
 rursus corpori in resurrectione oportet. Quo argumento
 Aristoteles etiam in Metaphysicis refellit Ideas Platonis,
 quum Plato re ipsa Physicas species, & formas à subiectis
 rebus, & à materia secretas esse diceret. Quomodo (inquit
 Aristoteles) perfectæ erunt Ideæ huiusmodi, quum quoad
 sunt extra subiectum, *δυνάμει* dicantur, & quatenus in subie-
 cto, actus & *ἐντελεχείᾳ*, seu perfectiōis sint participes? At
 cūta sint, autore Platone, seipsis perfectæ Ideæ, expertes isti
 us *δυνάμει* eas esse oportebit, quum *δυνάμει* esse deterius sit
 quàm actu esse. Quo facile intelligitur, λόγῳ, respectu hu-
 manæ naturæ, non posse hoc modo rationem habere *ἐντε-*
λεχείᾳ, ut alioqui Forma Physica respectu subiecti, aut

materiæ ἐν τελέχεια esse dicitur, quum δυνάμειος ratio non ca-
 dat (ratione cuius ipsa possit perfici) in diuinam naturam,
 Ex quo sequitur etiā, ut natura diuina, & humana, in Chri-
 sto non constituent Vnum ἰὸ δὲ π per Essentiam, ut mate-
 ria, & forma, in rebus naturalibus unum hypostaticum seu
 unum ἰὸ δὲ ζε constituent. Deinde nec aggregationis causa
 naturæ ambæ unum quid possunt dici, quoniam huius-
 modi Vnitas est in secretis etiam per Essentiam rebus, &
 unam, numero οὐσίαν, seu hypostaticum unum nequa-
 quam constituentibus, qua possumus dicere quaslibet coa-
 ceruatas res unum aliquid esse. Aggregatione, ut alioqui
 aceruus, & σπῆδος, i. cōgeries, dicunt aliquid Vnū, quāvis nu-
 mero sint multa ἰὸ δὲ ζε aceruum constituentia. Hoc modo
 Vnum ambæ naturæ non constituūt, nempe unum Mix-
 tum, cuius partes ὁμογενεῖς esse oportet. At ὁμογενῆ non esse
 naturam finitam, & infinitam, nemini est obscurum. Nul-
 la superest nisi ordinis unitas, qua significatur posterioris à
 priore dependentia quædam, sed nō hac ratione, qua prius,
 respectu posterioris, causa dicitur esse. Nam humanitas
 Christi causa est, non solum Verbum, sed tota Trinitas,
 quum opera Trinitatis, respectu eorū quæ sunt extra, sint
 indiuisa. Etiam hoc loco & modo Vnitarū quoq; ordo Na-
 turarum in Christo nihil habet simile unitis alijs, sed unitū
 & unitæ hæ naturæ dicuntur, ratione ordinis, quo nimirū
 Natura humana dicitur dependere ab hypostasi Verbi, ut
 communicabilis ab incōmunicabili (hypostasis enim Ver-
 bi, ut diximus, incōmunicabile quiddam est, Natura au-
 tem humana communicabilis, ut qua constituitur hypo-
 stasis Christi.) ratione cuius dependentiæ, Verbum ipsum
 uerè dicitur homo, (ut à parte, nempe capite, hypostasis,
 quæ est Homo, dicitur capitata, utrisque significantibus
 unam ad numerū hypostasin) & hoc modo totus Christus,
 seu

seu persona Christi, nō tam Filius Dei, quā̄m Homo, & Fi-
 lius hominis dici cōsuevit. Vnitatis porrō istius Fundamē-
 tum est, Natura humana assumpta: terminus uerō, Verbum
 est, seu natura Verbi assumens. Etenim in natura huma- Quintus Ar-
ticulus.
 na, causa fuit noua quaedam (ut effectus prædestinationis)
 ratione cuius uniretur Verbo, adeoque Vnitio hæc, Ver-
 bo non accidit, quatenus in ipso scilicet nouum aliquid
 inceperit esse, gratia cuius naturam humanam assumeret
 prius non assumptam, sed terminauit. duntaxat, Verbum,
 Relationem hanc Vnitionis, quemadmodum mensura-
 ta terminant relationes mensurantium, quæ non referuntur
 seipsis, sed *ἡ δὲ ἀλλο, πρὸς ἐκεῖνο λέγεται*, Etenim quæ Refe-
 runtur, ut Mensura, ad mensuratum, non similiter referun-
 tur, quum mensura sit etiā̄ in causa, ut mensuratū quoq̄
 alterius esse & referri dicatur. Quum alioqui Relatorum
ὁμοίως ἀντισηφόντων, unum, non sit causa alteri, ut referatur,
 quādoquidem, ea quorum causa referuntur, sint simul na-
 tura. Vt simul natura sunt, defectus binarij in senario, &
 exuperantia binarij in octonario. Nec Senarius in cau-
 sa est, ut octonarius redundet binario, nec octonarius ui-
 cissim in causa est, ut defit aliquid, & minor sit bina-
 rio Senarius: Sed à se habet uterque numerus hoc acci-
 dens, gratia cuius Relatio ipsis accidit sesquitertia, &
 sublesquitertia, suntque ambo Relata *ὁμοίως ἀντισηφ-
φόντα*. Eodem modo, in secundo genere, etiam Re-
 latorum, simul φύσει sunt, Vis agendi, in Agente, &
 Facultas patiendi, in patiente. Sed in tertio genere, Cor-
 relatum, ab eo quod Refertur, accipit ut dicatur referri,
 & non à se habet aliquid, gratia cuius referatur, quum ali-
 oqui in correlato causa non sit, propter quam ipsum per
 se, & à seipso referatur ad aliud. Vt Sensationis ener-
 gia refertur ad sensibile, quum una ad numerum sit energia
 &

& species quæ proficiscitur à sensibili, & recipit in instrumen-
to sensus, gratia cuius sensus iam refertur ad sensibile, nō ha-
bens aliam causam, propter quam referatur ad sensibile: quæ
qua terminat energiam hanc & speciem sensus, cuius causa
speciei est in sensibili, & non in sensu. Itaque sensus à sensibili
habet, nō à seipso, gratia cuius dicitur referri ad sensibile, nec
ex æquo referuntur fundamentum, & terminus illic, sed
terminus propter aliud refertur duntaxat, καὶ ὅτι τὸ ἐξ ἑαυτοῦ
περὶ ἐκεῖνο λέγεται. Itaque nihil est in assumente Verbo absoluti
accidentis, gratia cuius terminet Unionis hanc Relationē.
Nam Verbo immutabili quum non insit aliquid ratione
absolute *divinῆς*, id est, potentia, per id quod incarnatum
est, nihil novi ei absolute accidit. Nulla enim *divinῆς*, id
est, potentia absoluta in Deo est, alioqui enim capax perfe-
ctionis cuiusdam esset, quum *divinῆς* causa, quæ res sit
particeps perfectionis, quod à natura Divina tam alienum
est, ut nimirum aliquo possit perfici, ut nihil possit esse alie-
nius. Et licet sit communis Relatio hæc utrisque naturis se-
cundum denominationē, nihilominus re ipsa (seu ut Scho-
lasticè loquar, Realiter) *περὶ ἀρτισημείωτα ὁμοίως*, i. similiter
reciproca nō dicunt Relatū & correlatū: Quo nomine appellā-
tur huiusmodi Relationes à Scholasticis Barbaro uocabu-
lo, disquiperatæ Relationes, & non æquiparantæ: sic, n. il-
li rerum & non uerborum studiosi, suo more loqui solent.

Quid sit in-
carnatio.

Nam quod
terminat, nō
accipit ali-
quid: sed dat
potius aliqd
perfectionis
terminato.

Ex quo sequitur, ut Incarnatio, sit Unio naturæ humanæ,
ad personam Christi constituendam, nempe ut fiat Perso-
na Christi, ratione cuius Unionis Filius scilicet Dei seu Ver-
bum dicitur etiā Homo, seu Filius Hominis. Et causa huius
Unionis, non Verbum, sed natura humana, *divinῆς*, id est,
potentia cuiusdam perfectionis particeps censetur, quam
perfectionem tamen non accipere, sed tantum terminare
Verbum dicitur, propter causas modò commemoratas.

Ergo

Ergo uniri unam naturam alteri, hypostaticè, non est hanc permutari in illam, sed hanc dependere ab illa. Deinde quibuscumq; unitis, quod constituitur, aut per se unum est, ut quod fit ex materia, & forma, aut per accidens, ut ex Subiecto, & accidente, aut quasi per accidens, ut Christus, unum est ex natura Diuina, & humana. Licet enim natura humana non sit accidens Verbi, nihilominus accidentaliter, id est, contingenter unitur Verbo. Perspicuum quoq; est Unionem hanc personalem, his quatuor conditionibus definiendam, ut nimirum in ea insint, Persona Verbi, & humana natura: deinde plenissimam & intimam utriusq; præsentiam: tum gratiam sine mensura in humanitate Christi affluentem, Postremò ut concreta assumptæ naturæ, & assumptis de se inuicem prædicentur, ut de Deo, quòd sit homo, & de Homine, quòd sit Deus, & reliqua simili modo, ita tamen ut naturæ ambæ personaliter nusq; separentur.

Et quia natura Diuina in Christo terminat dependentiam hypostaticam naturæ humanæ, non hac certe ratione, qua indeterminata est natura diuina ad tres differentias hypostaticas, terminabit dependentiam hanc (nam quod est de se illimitatum, aut non terminatum, sed differentijs determinatur, quomodo poterit terminare per se dependentiam alterius?) sed qua est hypostaticum quiddam, & incommunicabile seipso existens, non ab alio accipiens quo fiat hypostasis & Persona, quemadmodum natura alio quodam determinatur & non seipsa est hypostasis (cuiusmodi in Diuinis est, proprietas, seu differentia personalis.) scircò hæc ipsa differentia hypostatica Verbi erit ratio terminandi dependentiam hypostaticam naturæ humanæ, & non essentia diuinitatis. Alioqui enim terminaretur illa dependentia, ad Patrem, & Spiritum sanctum, sicut

Quid sit unã naturam alteri naturæ uniri.

Quo modo Christi persona per accidens unum dicatur.

Quatuor conditiones sunt quibus unio personalis Christi describitur.

Septimus Articulus.

Comparatur hoc loco differentia hypostatica

Naturæ communitati, nõ

Hypostasis

Hypostasi,

qua ratione

filius non à

seipso est.

Ratio explicatur pro-

pterquã Fili-

us, & nõ Pa-

ter, aut sp. S.
dicatur as-
sumpsisse na-
turam huma-
nam.

Gratia Vnio-
nis persona-
lis quanta?

ad Filium, quum Essentia Diuinitatis sit perinde in Pa-
tre, atque Spiritus sancto, atque est in Filio. Ex quo
concludendum, humanam naturam in Persona CHRIS-
TI non primò uniri Essentiæ, quum non primò ipsa
terminet Esse hypostaticum humanæ naturæ, sed pri-
mò eam uniri hypostati Verbi, quæ est Persona, ter-
minans hypostaticum Esse naturæ humanæ assumptæ,
quæ humanitas suapte natura communicabilis est, quia
scilicet est pars quodammodo (CHRISTVM enim
non esse Totum quiddam, suo loco ostendemus) in-
communicabilis Personæ CHRISTI. Gratia porrò
Vnionis istius in humana natura CHRISTI, prout fert
sententia Sanctorum Patrum & Scholasticorum Docto-
rum, nihil aliud est, quàm Deiformitas quædam, seu
assimilatio Diuina, iuxta illud Pauli: Qui cum esset in For-
ma Dei (ἐν μορφῇ θεοῦ) de cuius interpretatione alio quo-
dam loco suprâ diximus, cum diceremus de maie-
state hominis CHRISTI. Cui consentaneum
quoque est illud Augustini, Quicquid conuenit Filio
DEI per naturam, conuenit Filio Hominis per Grati-
am: Et quæ potest maior Gratia creaturæ esse, quàm
qua Homo dicitur Deus esse? Suprà recitauimus elogia
humanitatis Christi, quæ accidunt ei propter Vnionem
hanc, ut his in præsentia repetitis nihil uideatur opus esse.
Ex quo par est intelligi, Vnionis istius gratia creatam esse
perfectissimam assimilationem creaturæ intelligentis
ad Deum, quæ possit esse, aut intelligi, iuxta illud Io-
annis, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeni-
ti à Patre, plenum gratia, & ueritate. Plenum gratiæ, re-
fertur ad naturam assumptam, & Veritatis, ad perso-
nam assumentem, quin potius ad assumptam naturam,
in qua Veritas etiam est gratia, & plenitudo, quum Deus
non

non possit dici plenus Veritate, ut qui sit ipsa Veritas. Aut si libet, plenum ueritate CHRISTVM sic intelligamus esse, quia uidelicet in ipso inhabitet Veritas & Diuinitas corporaliter, propter personæ Unitatem. Hac enim gratia creatura eleuatur supra statum creaturæ, nedum ad perfectissimam uisionem, & fruitionem, quod omnium beatorum commune est, sed ad personalem cum diuina natura Unionem, qua fit ut ille Homo, sit uerè unigenitus Dei Filius, qua eminentia creaturæ maior præstantia in creatura cogitari non potest. Eodem pertinet etiam illud Augustini: *Aug. lib. 13. De Trinit. C. 19.* Quum lego: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, In Verbo, intelligo uerum Dei Filium, in Carne, agnosco uerum hominis Filium, & utrumque simul in una Persona DEI, & hominis ineffabili gratiæ largitate coniunctum. Et infra. In rebus per tempus ortis illa summa est gratia, quòd homo in unitate Personæ coniunctus est DEO, in rebus uerò æternis, summa ueritas rectè attribuitur DEI Verbo.

Gratia porrò hæc Unionis, primò accidit Animæ CHRISTI, propter mentis facultatem, propter quam, & Animæ toti, & uniuersæ humanitati unitum dicitur Verbum. Totam enim naturam humanam assumpsit Verbum, cum proprietatibus ipsius, ut ea nimiam pro nobis summam obedientiam Deo Patri præstaret, qua præstita, uicissim summa gloria afficeretur, & sub pedibus ipsius omnia essent subiecta, simul cum Patre DEO plenissimè regnans. Quo loco monendus est Lector, Duplicem considerari in CHRISTO Maiestatem & perfectionem, unam personalem, quam nos appellamus *ἐκκλησίαν*, quæ una eademque fue-

Octauus Articulus.

Propter quã facultatem Animæ humanitas Christi principaliter sit unita uerbo.

rit in utroque statu Christi. Alteram describimus ratione ἐπεφείας, cuius particeps fuerit ratione naturæ humanæ. Hæc enim ei dispensatio humilitatis & gloriæ placuit, quam Vnius gratia, descendisse de cœlo, ratione alterius, ascendisse in cœlum dicitur, quamuis nihilominus semper in cœlo, propter unionem personalem, & maiestatem illius unionis esset Christus, iuxta illud, Filius hominis, qui est in cœlo. Præterea Vnio hæc facta est, non posterius quàm Homo ex uirgine natus esse coepit. Non enim hominem assumpsit Verbum, sed humanam naturam nascentem causa corporis, & animationis, cum quibus simul fuit tempore iuncta assumptio. Alioqui si quodam tempore præcessisset animatio, eius assumptionem, hoc priori tempore natura humana seipsa fuisset hypostasis, fuissetque persona hominis antequam assumeretur. Et hac ratione uirgo non fuisset uera mater Dei, & θεοτόκος, id est, deipara: non enim genuisset Deum, sed hunc purum hominem, cuius natura prius fuisset Persona in seipsa, quam Deo Verbo esset unitus. Sed hoc errore hallucinatum esse Nestorium, iam antè diximus, cuius falsitate etiam liquet, quo modo, & qua conditione facta sit hæc Vnio in utero matris uirginis, quãdo audimus Ioannem dicentem, Verbum, carnem factum esse. Quod ipsum quoque testatum facit D. Augustinus, his uerbis, quum inquit: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine Diuinitate conceptam in utero uirginis, priusquam susciperetur à Verbo: Sed ipsam Verbum Deum suæ carnis acceptione conceptam, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam. Hactenus de modo Vnionis diximus, restat nunc, ut Christum, quo pacto unum aliquid sit, consideremus.

Nonus Arti-
culus.

Explicatio
erroris Nesto-
rii.

Decimus Ar-
ticulus.

Suprà ostendimus, Christum, Vnum ex duabus naturis constitutum quiddam esse, nempe Personam unam, seu hypostasi-
fin

*De Natura
rum diversita-
tate in perso-
na Christi.*

sin unam. At nihilominus esse multa Christū dicimus, ut Verbi hypostasin, Itē humanā naturā, quæ & ipsa sit compositum quiddam, ex anima, & corpore. Quia igitur non una natura est in Christo, iccirco multa quadam esse dicimus in ipso quæ differunt inter se Essentia, seu existentia, ut natura Diuina, & humana, discrepant inter se Essentia. Non enim una est ambarum Essentia, ut uisum Eutychemi fuit, Veruntamen sicut in Christo non sunt plures personæ, ita plura ESSE subsistentiæ, seu multiplex ESSE hypostaticum, ut uisum Nestorio fuit, non est in ipso. Si quidem duntaxat ESSE subsistentiæ, est ESSE Incommunicabile. At excepta persona, seu hypostasi Christi, reliqua omnia quæ esse causa Essentiæ dicitur Christus, communicabilia sunt, ut natura diuina, ut humana, ut anima, ut corpus. Solum autem constitutum ex his, nempe Christus, est incommunicabile. Ergo unum duntaxat est Christus ratione subsistentiæ, quamuis multa sit secundū Esse Essentiæ. *Multiplex est Esse essentia in Christo, sed unū Esse Subsistentiæ.*

Christus autē cum sit duæ naturæ, non tamen dicitur duo esse, neque personaliter, seu masculinè, ut loquuntur Scholastici, quod uisum Nestorio fuit, ut diximus; neque etiam duo esse neutraliter, ratione naturarum ipsum constituentium, ut Petrum, dicimus Animam, & corpus, id est, duo hæc ipsum esse neutraliter dicimus, quum neutrum horum Petrus sit separatim. At Christus, quamuis non sit ipsa natura humana, non tamen est aliquid distinctum a Persona humana Verbi, quum sit ipsum Verbum; quare non est duo neutraliter, ut diximus, quo differt ratio Personæ Christi etiam a Persona humana, in qua sunt duo re ipsa seu distincta, quorum neutrum possit dici de composito, ut de Petro, neque anima dicitur, neque corpus separatim, sed utrumque simul. At Christus, nomen est Personæ, & principaliter significat Verbum, consignificans tamen seu connotans naturam

Christus non est duo, neque personaliter, neque Neutraliter.

*Christus,
principaliter
significat
Verbum, &
connotat hu-
manitatem.*

*Vocabulo
personæ non
eodem modo
utimur signi-
ficando perso-
nam secundã
Trinitatis,
& significan-
do personam
Christi, & si-
gnificando
personam cu-
iusque homi-
nis.*

*Vndecimus
Articulus.
Christi per-
sonam non
esse quid cõ-
positum ex
partibus.*

turam humanam, rem quandam discrepantem à Persona, ut Album, principaliter significat subiectum, simul consi- gnificans etiam albedinem. Ita Christus, usurpatur pro na- tura Verbi diuina subsistente in humana natura, non au- tem usurpatur pro humana natura, quia natura humana re ipsa seu ῥῆμα distincta est à Verbi Persona. Quum au- tem diuina natura non re ipsa seu ῥῆμα distinguatur à Persona Verbi, sed ῥῆμα λόγος duntaxat differat, ut ostendi- mus in disputatione contra Antitrinitarios, iccirco posset dici quòd uidelicet Verbi uocula usurpetur pro natura Di- uina etiam, quando quidem ῥῆμα , seu realiter non differ- rant Verbum, & Natura Diuina, quemadmodum differ- runt Verbum, & Natura humana. Quare non est ut dicat quispiam, Verbum, usurpari pro duobus, ut pro differen- tia hypostatica, & pro natura item, seu Essentia diuina, quum nec sint duo (quæ significantur) Personaliter, neque etiam duo Neutraliter, quum non sint uidelicet ῥῆμα di- stincta, Verbum, & Essentia diuina. Quibus argumentis perspicuum est, Christi uocabulo non significari duo quæ- dam, neque personaliter, neque neutraliter discrepantia, quod in præsentia erat probandum, ut intelligatur scilicet, quid intersit inter Personã Christi, & cuiusque Hominis, & præterea eam quæ causa diuinitatis dicitur Persona esse, qualis est Verbi, seu Filij Dei persona. Præterea rationem partium non habent in Persona Christi, natura ipsius Diui- na, & humana, quemadmodum in constitutione homi- nis, Anima, & Corpus, partes totius Personæ dicuntur esse. Christus quidẽ, cum sit ὁμοῖα , & persona quædam (quam- uis non sit unum ὁμοῖα , ut dictum est) num composita sit ex dictis rebus, & naturis, tanquàm partibus persona hæc quæ- ritur? Primum, nihil respectu sui ipsius dicitur esse pars, sed ratione totius, quod Totum re ipsa, ῥῆμα à parte dif- fert,

fert, ut Anima informatrix pedis, non est pars Animæ informantis totum corpus, quum reipsa ὅτι ἔστιν pedis non differat à Tota, sed omnino sit una Anima, quæ pedem, & quæ totum corpus informat. Et diuinitas, seu diuina essentia, qua Pater constituitur, non est pars totius Diuinitatis, quum quicquid sit diuina Essentia, tota sit & indiuisa, & non una parte sit Pater, & alia Filius, & alia Spiritus sanctus. Tota enim Trinitas sine partibus, tota nihil aliud est, quam Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quæ tria, tanquam totius partes, ὅτι ἔστιν , non differunt à tota Essentia, sed ab ea differunt duntaxat ὅτι λόγῳ . Ipsa autem Trinitas quicquid est, & ubicunque est, sine partibus tota est. Deinde pars constituens simpliciter ὁυσίαν rei, non seipsa eam, sed cum alia quadam parte iuncta, constituit, ut sine hac, totius essentia nullo modo aut esse, aut dici possit idem absente parte illa, quod ipsum præsentem parte dicebatur esse. Vt oculus, non est pars Essentiæ Totius Animalis. Nam sublato etiam, & eruto oculo, nihilominus Animal idem ipsum dicitur esse. Et scientia, non est pars Animæ scientis, propterea quòd Anima nihilominus est, quamuis orbata sit scientia, qua prius fuit prædita. Non enim est alia Anima, iam oblita sciētia, quam quæ fuit prius particeps. Idem porrò & aliud, $\text{κατὰ τὸν κυριώτατον λόγον}$, dicuntur, quæ Idem sunt, uel Aliud numero, autore Aristotele libro septimo Topic. Proinde liquet, diuinitatem, non esse partem Christi, aut Filij Dei, seu Verbi, quum Christus sit ipsum Verbum, & Verbum, ὅτι ἔστιν , seu realiter non discrepet à natura diuina, ut articulo præcedente ostendimus. Quare sequitur, diuinam naturam non esse partem Christi, quum ὅτι ἔστιν non discrepet scilicet à Verbo. Præterea, nec Natura humana pars est Christi, quia non est pars Verbi: siquidem Christus, & Verbum, sunt idem

Altera conditio partis, uelcius quod pars esse dicitur.

idem Numero, scilicet prorsus idem personaliter, seu idem
 ἑσώδαλον, & ἰὸ δ' π. Quod autem natura humana non sit
 pars Verbi, ex eo perspicitur, Quia Natura humana, siue sit
 assumpta, siue nō assumpta, Verbū nihilominus idem nu-
 mero ἰὸ δ' ζ. manet, quū sit æternū, & immutabile, siue assu-
 matur, siue dimittatur natura humana. Et ut Verbum, ita
 quoq; Christus, est æternus (qua Verbum est) etiam si de-
 posita natura humana (per hypothesein) desineret esse Chri-
 stus. Quemadmodum creator mundi est æternus, quam-
 uis creato mūdo, iam desinat esse creator, & Homo idem,
 quamuis desinat esse albus. Quare hac ratioe, humanitas,
 pars Christi dici nequit. Ex his igitur quæ diximus, sequi-
 tur, quod tametsi Christus subsistat in duabus naturis, diui-
 na scilicet & humana, ex eisdem tamen tanquam partibus

Damas. li. 3.

eius personam non componi, quibus etiam consentanea
 sunt quæ scribuntur apud Damascenum ad hunc modum:
 Inconuertibiliter, & inalterabiliter unitæ sunt sibi mutuò
 duæ naturæ, neq; natura diuina excedēte à propria simpli-
 citate, neq; uersa humana in Deitatis naturam, neq; ex dua-
 bus una composita facta natura. Composita enim Natura,
 neutri earum ex quibus componitur ὁμοούσιος esse potest,
 quum sit neq; materia, neq; forma, sed tertia quædam ὁμοία
 ex utrisq; cōposita. Itaq; si ex utraq; compositus esset Chri-
 stus, utiq; Christus, neq; Deus, neq; homo esset, sed tertium
 quiddam, & neutrum, Christus, id est, neq; Deus, neq; Ho-
 mo, ut Petrus, neq; materia est, neq; forma.

Duodecimus
 Articulus.

De cætero autem, quum propria multa, & quasi opposi-
 ta, de uno eodemq; Christo prædicentur (Græci uocant ἰσ-
 ῶματα.) non iniuria dubitatur hoc loco, & quæritur, Num
 utriusq; naturæ concreta uocabula, nempe Deus, & Ho-
 mo, possint de se mutuò etiam prædicari, nempe ut rectè
 dicatur, Deus esse Homo, & uicissim, Homo, Deus. Item,
 Christi mediæ, uel immediatè,
 an

an consentaneum sit dicere, Deus est natus, passus, resurrexit, sedet ad dexterā. Item, Homo est eternus, infinitus. Itē, homo est omnipotens, creator. Itē, an rectē dicat, Christus, est Deus, Christus est Homo. Communicationem idiomatum uocant huiusmodi prædicationes. Quòd abstracta nō prædicentur de se inuicem: hæc ratio nobis persuadet. Nam sicut Naturæ in Christo manent inconfusæ, & distinctæ, ita ut neutra mutetur in aliam; propter eandem causam sit etiam, ut abstracta Naturarum non prædicentur de se mutuo. Absurdissimum enim est dictū, si quis astruat, Naturam diuinam, esse naturam humanam. Simili modo sunt absurdæ prædicationes, si abstracta prædicentur de concretis, aut è regione, ut si quis dicat, Christus; est humanitas, aut Humanitas, est creator, est Verbum. Quorum omnium absurda sit interpretatio, si quis propriè hæc, alijs uerbis conet explicare. Nam si Humanitas uerè dicatur esse Verbum, confundi, & permutari naturas oportebit, quo nihil dictū, aut concessu poterit esse absurdius.

Quot igitur modis prædicata de naturis, aut Supposito utriusq; naturæ (Suppositum appello, Personam Christi, seu hypostasin) prædicari soleant, primum est explicandum. Sunt igitur prædicata quædam, quæ immediate prædicantur tantum, quædam, quæ mediatè. Quum dico Deus, est Homo, tum Homo mediatè prædicatur de Deo, ut si Album prædicetur de Homine. Propter albedinem enim, & quia accidens est Hominis, album prædicatur de Homine, non autem de ipso per se, ac primò. Vt ergo Petrus τὸ χόντρος est albus, ita Verbum, τὸ χόντρος est homo. Et ut propter albedinem dicitur albus, ita Verbum, propter humanitatem dicitur Homo. Et ut Petrus, prius fuit homo, & postea factus est albus. Ita Verbum prius, & ab æterno quidem fuit Verbum, & factum est Homo in tempo-

Suppositum
seu hyposta-
sis utriusq;
nature uel
Deus appel-
latur, uel
Homo Chris-
tus.

*Prædicata
Immediata.* re, quum prius non esset Homo. Secundò. Prædicata præ-
 pria primi ordinis, quæ nimirum immediatè tantum præ-
 dicantur de natura humana, non possunt prædicari de Hy-
 postasi Verbi, aut de Christo, aut de Deo. Talia prædicata
*Quæ imme-
diatè prædi-
catur de Na-
tura huma-
na, non possunt etiam
prædicari
de Christo,
aut Verbo.* sunt, assumi, personari. Item, finitum aliquid esse. Conue-
 niunt enim prædicata hæc ἀπέσως, humanæ duntaxat nature,
 & nulli aliq. Ex hypothese enim, mediatè de alio non pos-
 sunt prædicari, quæ duntaxat immediatè prædicantur. Igi-
 tur hæc non sunt ueræ propositiones: Christus est assum-
 ptus, Christus est finitus, Christus est alicubi, Christus est
 creatus. Tertiò. Prædicata primi ordinis, id est, immediata,
 quæ enunciantur de hypostasi diuina, seu de Verbo, præ-
 dicari etiam de hypostasi humana, id est, de homine pos-
 sunt, & eius concretis Idiomatibus, de natura uerò huma-
 na prædicari nequeunt. Vt hæc Idiomata, Deus, Creator,
 Infinitus, Aeternus, Impatibilis, Immutabilis, De Chri-
 sto homine, de genito ex uirgine Maria, de crucifixo, de
 mortuo, de resurgente, de sedente ad dextram Patris. præ-
 dicari uerè possunt. Nam quæcunque prædicata conueni-
 unt hypostasi diuinæ, eadem humanæ quoq; hypostasi con-
 ueniunt, & eiusdem Idiomatibus, quandoquidem Esse hy-
 postaticum diuinum, & humanum, sit simpliciter, id est,
 numero unum & Idem. Christus enim, qui est Filius Dei,
 & Verbum, idem numero est, qui Homo Christus. Nam
 Christus qua ratione est, & dicitur persona diuina, eadem
 etiam hypostasi persona est humana: Vna enim est Perso-
 na Christus, non duæ personæ. Et propter diuinam quidē
 hypostasin, persona hæc, dicitur Deus, propter naturam
 humanam autē appellatur Homo. Et hac ratione Idem nu-
 mero, & simpliciter, est Deus, & Homo. Ex quo sequitur,
 ut quicquid prædicetur de Persona, qua Deus est, id ipsum
 prædicetur etiā de Persona, qua est Homo, Proinde quòd
 hæc

hæc eadem non prædicentur etiam de humana natura, ex eo liquet, quia humana natura, non est ipse Christus, neque ipse homo Christus, sed à Christo quiddam definitione est diuersum, nempe $\zeta\delta$ $\xi\eta$, seu, ut Scholæ loquuntur, realiter discrepans quiddam à Christo. Etenim Homo, personæ nomen est, sed Humanitas, non est uocabulum Personæ, Itaque Idiomatica personæ Christi, non etiam possunt prædicari de natura Humana. Quare Natura humana assumpta, seipsa & naturaliter considerata, neque est Christus, neque Homo, neque Deus, neque omnipotens, neque æterna, neque creatrix, sed est pura creatura assumpta à Deo, in qua Deus Verbum subsistit, communicans tamen Deo suam denominationem, qua uerè dicitur, & est Homo. Quid porro Unionis causa, & quemadmodum communicet natura humana cum diuina, & quanta eminentia participet, partim diximus, partim postea dicturi sumus. Quartò. Idiomatica utriusque naturæ, quæ mediatè prædicari etiam possunt de Persona, seu de Christo, de sese mutuò etiam prædicari possunt. Causa humanitatis prædicantur, homo, corporeus, mortalis, patibilis, ambulans, comedens. Ratione Diuinitatis, prædicantur Deus, Omnipotens, creator, æternus, immutabilis. Quia autem hæc mediatè quoque prædicari possunt, sequitur, ut de Persona etiam Christi queant prædicari, id est, de hypostasi utriusque naturæ unione constituta, quando quidem una sit ad numerum & eadem hypostasis utriusque naturæ. At quæcumque uni & eidem ad numerum conueniunt, & prædicantur de ipso, eadem de se etiam uicissim, & $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\lambda\lambda\omega\varsigma$ prædicantur. Vt si quoddam (ut faccarum) est album, & est dulce; rectè etiam de quodam albo, prædicabitur dulce. Itaque quæ de hypostasi prædicantur mediatè, ratione naturarum scilicet ambarum, ut de Christo dicitur quod sit passus, quia homo, & de eodem prædicatur

etiam, creator, & omnipotens, quia Deus, de creatore etiam, & omnipotente, rectè & uerè, quòd sit passus, & natus ex uirgine, prædicabitur. Constat autem quòd utriusq; naturæ una sit & eadem ad numerum Persona, ut aliàs ostendimus, gratia cuius fit etiam, ut unius naturæ propria seu Idiomata, prædicari queant de altera, quum mediata scilicet prædicentur omnia de Persona, seu hypostasi una Christi. Quintò, Proinde quædam non simpliciter, sed determinate solènt prædicari, seu cum quadam limitatione. Vt quum dico, Christus, quia homo, sedet ad dexteram Dei, Christus quia homo, passus est, aut resurrexit, & similia horum prædicata, quæ sic limitatè enunciantur, de his uidèdum, quot, & quibus modis limitari soleant, & quam habeant interpretationem. Limitatio, seu determinatio prædicati respectu subiecti principalis, triplex est. Vna est, quando de subiecto dicitur aut prædicatur aliquid, quia ipsum, ut si de Bono prædicatur, quod ipsius Scientia quædam sit, quia bonum. Aut si de Christo, quod in æternum sit regnatus, quia Christus, aut quod sit ubique, quia Christus enunciat. Hæc limitationem Græci uocant, ἀναδιπλωσις, uulgò in scholis nominant, Reduplicatiuam. Altera est αἰτιολογικὴ, ut qua intelligitur, & exprimitur causa, quæ sit aliud quiddam quàm subiectum, propter quam prædicatum insit subiecto, eam suo more Scholastici appellant Speci-uocam, propter εἰδὸς, nimirum cause, ut quum dico, Tragelaphus, quia nihil est, scientia non apprehenditur, Christus, quia humanitate præditus, est creatura. Quando igitur de Christo enunciatum aliquid, quia ipse, id est, quando limitatur prædicatum κατὰ τὴν ἀναδιπλωσις, omnino necesse est ut prædicatum illud simpliciter etiam ac uerè efferatur de subiecto, non minus atque compositum & limitatum prædicatum uerè dicitur. Vt de Christo, quia Christus aut quia Homo, quum idem significetur uocabu

lo Christi quod Hominis nōnunquam, verè dicitur, quòd
 sit æternus, quòd sit iudex uiuorū, & mortuorum, quòd
 potestas ei data sit omnium: Itaq; de Christo tanq̄ subiecto
 si enuncientur simpliciter hæc prædicata, uera quoq; erunt.
 Ex quo perspicitur, falsas illas esse propositiones quæ sic en-
 nunciant, Christus, quia homo, est creatura, Christus, quia
 homo, est compositus, licet humanitas eius sit composita.
 At humanitas Natura est, non autem persona ut Homo
 est, aut Christus, aut Verbum. Item falsæ sunt, quia homo,
 est finitus, non est æternus, non est omnipotens. Quum e-
 nim limitatio hæc sit reduplicans, necesse erit prædicatum
 quoq; *ἀπλως* & uerè enunciari de subiecto. Sed nemo non
 uidet falsò prædicari hæc prædicata de Christo. Etenim bla-
 sphemum est dicere, Christum esse creaturam, aut Christū
 esse compositum (de qua compositione supra sumus locu-
 ti.) aut Christum non esse omnipotentem. Siquidem Ho-
 minis uocabulo nihil aliud quicq̄ significatur quàm uoca-
 bulo Christi: utroq; enim intelligitur Persona quædam, ex
 duabus naturis, diuina scilicet, & humana, constituta, quæ
 nihil aliud est quàm *λόγος* Dei, assumpta natura humana *Quid sit*
 personaliter subsistens. Veruntamen si quando tales repe- *Christum*
 riantur in scriptoribus Ecclesiasticis, commodè eas inter- *esse:*
 pretari debemus, ut si dicatur, Christus quia homo, est cre-
 atura, hoc sensu & interpretatione est concedenda, Chri-
 stus secundum humanitatem est creatura, cui similis est
 hæc, Humanitas Christi est Creatura. Idem de reliquis est
 sentiendum. Ut ergo falsum est si dicatur, Christus est crea-
 tura, ita falsum quoq; erit, Christum, quia homo sit, appel-
 lare creaturam, si *κατ' ἀνάδελωσιν* usurpetur, Quia homo,
 Personam, n. non aut naturam, uocabulū Hominis significat
 hoc loco si prædicet de Christo. Alia est *ἀπτολογικῆ*, id est,
 speciuoca limitatio, quæ si uera sit, non etiā necesse est sem

per prædicatum simpliciter uerè de subiecto enunciatum, ut, si uerum sit, Hominem, quia nimium biberit, esse ebrium, ob id nõ necessariò uera erit hæc: homo est ebrius, quoniã hanc contingit, nõ autem necesse est, esse ueram. Aut si uerum sit, Hominem peccare, quia peruerso sit præditus ab bitrio, non ob id tamen uerum erit ex necessitate, hominẽ peccare, quo differunt inter se ἀναδιωλις, id est, reduplicatio, & ἀπολογική, id est, speciuoca limitatio. Nemo sanè (ignorat in subiectis καθόλου propositionum (quemadmodum eas definit Aristoteles in posterioribus Analyticis) prædicta propria inesse per se, ac primò, & quia ipsis, ut Animal, quia Animal, inest, Vigilare, aut dormire, quæ est limitatio κατὰ τὴν ἀναδιωλις huius subiecti respectu proprietatis. Homini autem quum dicitur inesse, quia animal, determinatio prædicati respectu subiecti erit causalis & ἀπολογική. Non enim, quia homo est, uigilat aut dormit, sed quia Homo, est animal. Aliquando Causa non est pars Essentię seu definitionis subiecti, sed ipsum subiectum limitat per accidens, ut si Triangulo propriè aliquid dicitur inesse, quoad sit circumscriptus Circulo, aut humanitati, propter λόγον assumẽtem, aut Christo, propter humanitatem, qualis causa tametsi de Subiecto non prædicetur uniuersaliter, ut uerum non est, omnem Triangulum circulo esse inclusum, tamen quendam inclusum esse circulo, uerum est. Nam nisi causa uerè prædicetur de subiecto, qui poterit demonstranda proprietas per causam illam de eodem subiecto monstrari, aut uerè dici? At καθόλου sunt subiecta omnia, quum limitantur ἀναδιωλις, qua nimirum subiecto, quia ipsi, nõ quia quædam causa sit (nihil enim ipsum simpliciter respectu sui, Causa, & subiectũ, simul esse potest) propriè aliquid inesse proponitur. Pertinent hæc ad Dialecticam, quæ breuiter hoc loco delibasse satis est. Itaq; si uocabulum Homi-
nis

nis in his formulis orationum, de quibus modò sum dicturus, usurpetur non κατ' ἀναδίπλωσιν, id est, reduplicatiuè, sed κατ' ἀπολογία, id est, speciuocè, uerè, pnūciabimus sic; Christus quia Homo, passus est; quia homo, resurrexit; quia homo, sedet ad dexteram Patris omnipotentis. De Christo mediatè dici hæc, suprâ monuimus; ergo causam hoc loco, & non personam, uocabulū Hominis significat. Nam quatenus eo, tanq̄ causa, limitatur subiectum, respectu prædicati, & ipsum de subiecto uerè prædicabit, ut Homo, de Christo, & de ipso prædicatum, ut de homine, passum esse, & de subiecto prædicatum, ut de Christo, passum esse, & postremo limitans terminus (ut Homo) rationē & causam significabit, propter quam prædicatum subiecto propositionis principali insit. Quòd si Homo, quatenus causam significat, usurpetur, ut limitans quoddam κατὰ τὴν ἀναδίπλωσιν, false erunt propositiones hæc duæ, ut, Christus est homo, quū homo, si causam significet, non possit etiā κατ' ἀναδίπλωσιν, prædicari de subiecto, quum κατ' ἀναδίπλωσιν nihil aliud significet Homo, quàm ipsum Christū, nempe subiectum propositionis. At κατ' ἀπολογία, aliqd Christi significat, qd nimirum non sit ipse Christus, ut humanam naturam. Fieri aut̄ nequit, ut id ipsum quod est Christus, sit nihil aliud q̄ pars quedam sui, ut humanitas. Item falsa erit hæc etiā: Christus, quia homo, est passus. Nam in priore, Homo, non significat ἐπὶ τῆς causæ, quū ἀναδίπλωσιν nihil diuersum à subiecto significet, & nihil aliud quàm id ipsum quod significatur ipso subiecto declaratur; siquidem hac ratione sunt Synonyma, Christus, & Homo. At quæso quomodo erit ἀπολογία, si significet ἀναδίπλωσιν, siquidē nihil est respectu sui ipsius, Causa? Nec queritur etiam, quam obrem ipsum, sit ipsum, quoniam, ut inquit Aristoteles; ὅτι τί αὐτό ἐστιν αὐτό, ἐν δὲ ἐν ἑαυτῷ ἐστὶ, οὐκ ἔστι δὲ ὄντα, καὶ ὅτι ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἐστὶν, ἀλλὰ ὄντα, id est,

Quæ

Ad interpretationem limitationis ἀπολογικῆς, quatuor istæ pertinent interpretantes eam.

πᾶσι, est in subiecto, sed non est in causa, sed propter causam, ut patet, adscribitur Christo propter humanitatem, aut quia homo, nō quia Christus. Ex quo concludendum, nō simul *ἀίσιον* λογικῆν, et κατ' ἀνάστωσαν, si posse uel surpari limitationem respectu prædicati.

Tertia species Limitationis, nempe diminuens, seu distractiva.

Quærere quamobrem ipsum sit ipsum, nihil est quærere, oportet enim quod sit aliquid, seu Esse rei, manifestū esse. Quoniam ut ipso, quia ipsum, nihil monstratur (huiusmodi enim uitium in syllogismo Aristoteles appellat *ἐν ἀρχῇ ἀρεῖδι*), ita quoque de ipso quatenus ipsum nihil quærif. De quo, n. querif, constare ipsum oportet, quod sit, ut Hominem, esse hominem. Nemo enim quærif, quamobrem Homo sit homo. Sed de causa quærifur, Vt homo, an sit Animal: an hæc sit ipsius Definitio: Deinde falsum quoque erit, si quis opinetur Hominem, quoad nihil aliud eo quam Christus ipse significetur, causam esse, propter quā Christus sit passus. Perinde enim sit, atque si quis diceret, Christum, quia Christus, esse passum, quam tamen aliud sit ipsa causa, & aliud, *CVI*, & aliud *CVIVS*. Ex quo perspicuum est limitationi *κατὰ τὴν ἀνάστωσαν*, locum non esse in *ἀλλοιολογικῆ* limitatione, quum uocula Hominis, *ἐἰδωτοῖον* quiddam hæc ratione, & nō simpliciter Persona Christi respectu talium prædicatorum significetur. Præterea per Synecdochen partem cuiusdam quædam prædicantur de Subiecto, ut si Immortale prædicetur de Homine, secundum Animam, ut si dicas, Homo, est secundum Animam immortalis. Christus, secundum humanitatem, est creatura, secundum uel propter humanitatem est finitus, est particeps perfectiōis, non est ubique, non est omnipotens, non est immensus secundum humanitatem. Prædicata huiusmodi de subiecto, nempe de Christo, non simpliciter enunciuntur, ac non nisi per synecdochen, ratione scilicet naturæ humanæ solent prædicari. Quæ per se congruant humanæ naturæ, & quæ ei accidant propter Unionem personalem, partim diximus, partim postea dicturi sumus. Tertium illud ab utroque genere limitationis paulo ante dicto, diuersum est.

Omnes hæcenus modos, & formulæ, ut opinor, prædicandi,

Decimus tertius Articulus.

candi, & enunciandi Idiomata utriusque naturæ de Christo, nec non unionis etiam Personalis modum exposuimus, quo neque Naturæ diuiduntur in duo personaliter discrepantia, ut à Nestorio est factum, neque ambæ contrahuntur, aut confunduntur in Vnam essentiam, confusis scilicet & deletis ambarum naturarum proprietatibus propter Personæ unitatem, in quo Eutyches peccauit. In describenda enim Christi Persona, quæ, & qualis Vnitas Personalis considerandum, deinde sua cuique naturæ adscribenda est proprietas, quæ propria si Christo dicuntur Inesse, propter alterutram Naturam ei insunt hoc modo, ut Christus totus non seipso, sed ratione cuiusdam nature, sit subiectum primum cuiusque proprietatis, & alterutra Naturarum, non tantum sit causa, ut Christo proprie aliquid adscribatur, sed præterea subiectum ipsa etiam sit istius proprietatis. Quod ipsum in alijs à natura constitutis rebus non usu uenit, in quibus causa proprietatis, non etiam eiusdem proprietatis subiectum est, ut quum dico Mobilitatem inesse rei Naturali, proprie ei tanquam subiecto inerit, sed Mobilitas hæc propter materiam, tanquam causam, rei naturali inerit, ipsi uero Materie, tanquam subiecto, nequaquam inerit. At Christi Personæ adscribitur, Nasci, Pati, Resurgere, & similia, propter humanitatem, quorum tamen omnium accidentium ut causa est Humanitas, ita quoque subiectum est, sed respectu tantum Personæ Christi. Quoniã Christus non est quædam tertia *δύοια* præter ambarum naturarum *δύοιας*, quibus, aut quarum causa constitutum quiddam Christus dicitur, & quarum una natura dicitur, Assumens, altera autem Assumpta. Atque his utrisque naturis nequaquam, ut Materia & Forma, tertia quædam componitur *δύοια*, quæ neque materia sit, neque Forma, quemadmodum supra est demonstratum, quam ostenderemus Christum esse aliquid Vnum,

Quia Christus non est unum per Essentiam (ut supra probatum est) sed quodammodo per accidens Vnum, iccirco, proprietates quæ de ipso prædicantur, non per se, & primo ipsi, sed alterutrius nature insunt.

Demonstratum hoc fuit Articulo quarto.

H neque

neq; *ὁμοῦλες*, neq; omnino secundum accidens unum, sed quodammodo, seu quasi per accidens, quæ breuitatis causa nunc omitto. Ex quibus est euident, Christum aliud nihil esse, q̄ *λόγον*, seu Filium Dei, ratione nature humanæ assumptæ personaliter subsistentem, ratione cuius subsistentiæ, non tantum Deus, sed Homo etiam appelletur, inconfusis scilicet utriusque nature proprietatibus. Christus igitur, id est, Filius Dei, descendisse de cœlo, & uenisse in hunc mundum, propter carnis assumptæ humilitatem, & rursus ascendisse in cœlum, propter eiusdem gloriam, & maiestatem dicitur, quæ Christo quidem adscribuntur propter naturam humanam, eademq; natura (ut modò est dictum) non modò in causa est, ut hæc propriè dicantur de Christo, sed etiam ipsæ subiecta est accidentibus, ac non nisi per Synecdochen de natura diuina prædicari hæc solent. Deinde sunt alia quæ prædicantur de Christo, ratione quæ est Filius Dei, seu *λόγος*, ut quum dicitur, simpliciter omnipotens, infinitus, omnibus rebus essentialiter præsens, creator, conseruator, remittens, & condonans peccata. Eidem porrò adscribitur etiam, expiatio, satisfactio, meritum, intercessio, & quòd ipsi data sit potestas omnis, eorum quæ sunt in cœlo, & in terra, propter naturam scilicet humanam. Hæc enim omnia insunt Christo, non quia Deus, aut quia Filius Dei, sed quia Homo. Humanitati enim aut potius homini propter humanitatem, data est omnis potestas, quia Diuinitas sine Humanitate Christi (constituente ipsius hominis Christi hypostasin) nihil diuinorum operum facit, id est, Oeconomiam mundi non administrat, non remittit peccata, non suscitatur mortuos, non iudicat, non precipitat mortem in sempiternum, ut *Esaias* inquit, sine humanitate assumpta, sed cum & per hanc humanitatē. Non igitur una, sed duplex natura est, qua Christus dicitur effici-

Quæ ratio-
ne dicatur
Christus de-
scendisse de
cælo.

Esaias 25.

ca

eam esse extra se. Vna est principalis, & tanq̄ ἐντελέχεια, re-
 spectu humanæ naturæ, nempe Diuinitas, quæ est respec-
 tu humanitatis, quasi μορφή, (ut Paulus eam appellat) ἡ εἰ-
 λος π, ἢ λόγος, ἢ οἶον ἐνέργεια τὸ δεικτικὸς φύσεως, id est, species
 quædam, & forma, & quasi actus suscipientis naturæ. Alte-
 ra est, humana natura, sine qua, tanquàm instrumento quo-
 dam, Deo uisum est nihil horum agere, quæ ad restitutionem
 uniuersorum pertinent, & ad recreationis seu restitu-
 tionis opera, de quibus ab initio libri est dictum, & testi-
 monijs sacrarum literarum pleraq̄ sunt comprobata, quæ
 nunc, ne sim longior, omitto. Duplicem porrò statum Per-
 sonæ Christi, secundum humanitatem esse, Vnum, humi-
 litatis, & inanitionis: Alterum exaltationis & gloriæ, con-
 stat inter omnes uerè, & Catholicè sentiētes, & quòd in u-
 troq̄ statu fuerit unio personalis eadem, & quædam ἐκκλη-
 perfecta, quam postea subsecuta ἐνδρακτικὴ sempiternæ glo-
 riæ perfectio, ἔστιν uniois hęc nō perimēs. Sed ratioe energiæ
 perficiēs. Et Christus quidē utriusq̄ huius status (ratioe na-
 turæ humanæ) fuit particeps, & non modò tanq̄ causa, sed
 etiā tanq̄ subiectū per se horum statuū fuit natura hūmana
 particeps, de quo paulò antè diximus. Præterea perfectio
 q̄q̄ hoīs Christi, gemina est. Vna est, q̄ad causā humanæ na-
 turæ inter oēs creaturas perfectissimè beatus est, plenissi-
 mē participās diuinitate, secundū scripturas suprā à nobis
 allegatas, q̄ tñ perfectio est ὁμογενής, & aliqua ex parte nostræ
 futuræ similis, quādo cōformes ei erimus in regno cœlesti.
 Altera est, qua nō tñ ipse rōne humanitatis beatus est, sed
 beatificat etiā oēs, & data ei potestas oīs dicit, & oīm Dñs
 est, q̄ noīe in Apocalypsi dicit, Clauis Dauid, & Esaie, Pater
 futuri seculi, princeps pacis, & hoc: De plenitudine eius oēs
 accepimus. Sed horum scripturæ testimoniorum suprā feci-
 mus mētionem. Hac rōne Christus dicit accepisse regnū, &

Duplex Na-
 tura est qua
 dicitur Chri-
 stus efficax
 extra se, &
 regnare.

Decimus-
 quartus Ar-
 ticulus.

Duplex per-
 fectio est ho-
 minis Chri-
 sti.

Qua ratio-
ne Christo
dicatur da-
ta esse Pote-
stas omnis.

Decimus
quintus Ar-
ticulus.

Naturaliter
& absolute
Natura hu-
mana non
est omnipo-
tens, aut ubi-
que.

& sedere ad dexteram, & præditus maiestate omnipoten-
tia, & alia Diuinitatis propria Christo homini collata di-
cuntur, non quòd humanitas sit ipsa per se proprietatum
Diuinitatis particeps, sed quòd diuinitas sine humanitate,
ut anima sine corpore, horum diuinorum operum nihil
peragat propter unionem personalem cum humanitate.
Qua ratione dicimus totum Christum regnare, Christum
esse Deum, esse omnipotentem, esse omnibus rebus præ-
sentem, nō λόγος solum, quia λόγος scilicet iam propter as-
sumptam naturam humanam Christi habet appellatio-
nem, & Hominis, quæ pro Synonymis usurpantur, eandem
rem & personam significantibus his utrisque uocabulis.
Quod ipsum etiam euidentius est ex personæ Christi definiti-
one, quam paulò antè proposuimus. Cum Patre igitur, &
Spiritus sancto regnat Filius Dei omnipotenter, sed non si-
ne humanitate assumpta. Alioquin enim Christi regnum
quomodo diceretur sempiternum, si regnaret separatim
λόγος nullo consortio personali humanitatis? At non sim-
plex, sed constitutum quiddam est quod significatur uoca-
bulo Christi, significans scilicet naturas duas ratione Per-
sonæ unius, diuisionis, & separationis ubique expertis. Et
quamuis ratione personæ, & Christum, & hominē ipsum
omnipotentem appellemus, & omnibus rebus præsentem
dicamus, ob id naturam tamen humanam, neque per se, neque
secundum accidens omnipotentia præditam dicimus na-
turaliter. Sed per accidens nihilominus omnipotentem esse
fatemur, personaliter tamen, nempe propter Unionem per-
sonalem, quæ humanitati ipsi est, & intercedit cum natura
diuina, quam nostri Theologi exprimunt periphrasi, Sesi-
sionis ad dexteram Dei omnipotentis. Et quòd per se quidē
natura humana non sit uel omnipotens, uel essentialiter,
& naturaliter omniprensens, liquet hac ratione sola, qua hu-
manitas

manitas Diuinitas non est. Deinde immensitas, & essentia
 lis seu naturalis omnipræsencia, hoc modo per accidens
 (quo iam est dictum) nulli creaturæ potest inesse, quando
 quidem omne accidens posterius est creata essentia, quæ
 creatura si nõ potest esse immensa, multo minus accidens
 eius immensum esse poterit, quum accidēs sit *μεγαλὸς*, id
 est, appendix quædam creaturæ. Aliud igitur est, si Homi-
 nem Christum personaliter esse omnipotentem, & omni-
 præsentem, & aliud, si naturam ipsius Humanam naturali-
 ter, id est, nullo respectu Vnionis Personalis præsentem o-
 mnibus rebus dicamus esse, quod opinor nemo dicet, nisi
 q̄ inter naturas, diuinã scilicet, & humanã quid intersit, nõ
 intelligit. Sed quærat forsã quispiam, qua ratione natura-
 liter & corporaliter absens natura humana, nihilominus
 causa personæ Christi, omnibus rebus præstò adesse dicat?
 Dicimus nos in *οικονομία* seculorũ nihil fieri, aut esse, quod
 nesciente, aut nõ uolente fiat homine Christo, cõformi per
 omnia existente uoluntate humana, diuinæ, & præterea e-
 tiam conscia mente Christi, non tantum omnium præsen-
 tium, sed etiam præteritorum, & futurorum, quæ scientia,
 non tantum ad personæ totius omnipotentiam, sed etiam
 ad naturæ humanæ perfectionẽ pertineat, iuxta illud Pau-
 li: Quoniã in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis cor-
 poraliter: Et: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scien-
 tiæ reconditi. Nam si perfectionis illud erit Electorum, ut
 Deus omnia sit in omnibus, quanto id magis erit humani-
 tatis Christi proprium, quæ humanitas fons est perfectio-
 nis illius nostræ, quum uita æterna nihil aliud sit, quàm cū
 Christo semper esse: Nec est, quòd opinetur quispiam, nos
 hac ratione proprietatibus naturas exæquare, quum Vni,
 quidpiam accidere dicimus, propter alteram. Fieri namq̄
 nullo modo potest, ut quæ animæ sunt propria, eadem sint

Omnipræsencia nulli creaturæ naturaliter per accidēs inest.

Colos. 2.

etiam corporis animati, & quæ circuli, eadem quoque sint
 Trianguli propria. Nullas exercet energias Anima suis
διωκμεν, quas non instrumento corporeo quodam exerce
 at, qua ratione dicimus, Anima, & corpore, cōstitui unum
 non modò essentialē, sed etiam personale, siquidem Ani
 ma sit rationis particeps. Energias itaq; simul utriusq; di
 cuntur esse naturę, quas Anima extra se exercet & profert,
 non tamen eodem modo. Nam Animæ dicuntur princí
 paliter esse, corporis instrumētaliter, & ob id tamen ipsum
 proprietates Animæ non transcribuntur corpori. Nec si
 circulo multa propriè accidunt propter lineam, aut trian
 gulo, propter circulum, ob id uel proprietates Lineæ, circu
 lo, uel circuli propria, transcribi etiam oportebit Triangu
 lo. Simili ratione, si Filius Dei propter personalem Vni
 onem hanc, quasi instrumento assumptæ humanitatis om
 nia suæ omnipotentis opera & energias exercet (omnes
 enim illæ energię Christo, quia Christus, adscribuntur) ob
 id ipsum non quæ propria sunt tamen diuinitatis, propria
 quoque erunt humanitatis, sed inconfusis utriusque natu
 ræ proprietatibus, totius Christi ex duabus naturis consti
 tuti hæc propria erunt diuinitatis opera, quæ sine humani
 tate, non quidem non potuit, sed non uoluit absq; perso
 naliter unita humanitate, in hac mundi, & uniuersorum
 Oeconomía præstare Filius omnipotens Dei, idem Fi
 lius hominis omnipotens. Quomodo *ἀφ' ἐνός* uocabulum
 omnipotentis usurpetur, supra ostendimus, quæ causa bre
 uitatis denuo repetenda non existimo. Ad hanc perfectio
 nem omnipotentis Christi non opus est, neque loco
 rum, neque temporum interuallis, quorum causa res im
 perfectè cognoscuntur, quando quidem, secundum Ari
 stotelem quoque, *μὴ ὁρᾶν ἐνία κρείττονα, ἢ ὁρᾶν*, id est, non uide
 re quædam melius est, quàm uidere. Quis enim non intel
 ligit

ligit quàm, abhorreant sensus nostri à quibusdam percipi-
 endis: ut perfectionis non sit hoc modo omnia sentire, ut
 sine exceptione quælibet sentiamus, sed ut omnia sensi-
 bus nostris gratissima. Nec possunt etiam omnia sensibus
 corporeis percipi, quum ihs nihil præter accidentia (quæ
 sunt umbræ *ὀμοιωρ*, & non ipsæ *ὀνοσίαι*, quæ sunt nimirum
 causa & principium accidentium) percipiantur. Perfecti-
 us igitur omnia noscit, qui causas intelligit, & multò ma-
 gis qui causam unam omnium rerum nempe Deum co-
 gnoscit, & non umbras atque ænigmata eorum quæ uerè
 sunt. Sic omnia dicitur esse λόγος Dei omnium opifex, quæ
 in uita æterna cognoscentes, cognoscemus etiam quomo-
 do & nos ipsi, & omnia alia, non tantum cognita, sed eti-
 am præcognita ab æterno fuerint, quæ perfectissima erit si-
 ne loco, & sine tēpore, oīm cognitio. Et ut pictura respectu
 eorū quæ uerè sunt, dicit à nobis cognosci, sic sunt q̄ in terris
 noscunt, respectu eorū q̄ in caelo: πάντων ἔσθι, ut Pindarus in-
 ἔσθι, ταμίαι ἐν ἔσθι οὐρανῶ, illic, n. sunt oīa, ut Plato ait, ὄντως ὄντα,
 nihil πλᾶσθῶν, nihil φαντασθῶν penitus, nec sensibile quicq̄ aut
 compositū Physicum. sunt, n. omnia extra Deū tanq̄ pictu-
 ra quædam, nec aliud sunt quàm φαντασματα τῶν ἀληθοῦς ὄν-
 τῶν, id est, umbra uerè existentium. Primogenitus autem o-
 mnis creaturæ uerè omnia est, & per, & propter illum oīa
 sunt, principiū & finis cū sit omnis creaturæ. Hæc dicta
 sunt à nobis eò, ut q̄, & quemadmodum præsens sit omni-
 bus Mens, & humanitas Christi Deiformis, intelligere-
 mus, ut nequis definiat, scilicet hanc omnipræsentiam ex-
 tensione corporali humanitatis Christi, aut locorum qui-
 buldā ἰσχυρίμασι, q̄ nihil ne fingi quidē potest absurdius. Et
 præterea quū humana natura perfectionē suā habeat à na-
 tura Diuina ἢ λόγος personaliter ipsi unita, ad perfectionē
 unitatis Personalis non pertinet scilicet, ut respectu locorū,
 &

& *ἁπλοῦν* ei sit undiquaq; unita natura humana. Ete-
 nim *ἁμείως* est οὐσία, λόγος Dei, & idem totus, nō tantum
 in toto mundo, sed etiam totus in oppositissimis punctis
 diametrorum. Et illa in Christo inhabitans corporaliter
 Diuinitas, eadem est numero, quæ est undiquaq; infinita
 scilicet, & immensa, omnia gubernans, & finiens, princi-
 pium, & finis omnium. Proinde λόγος Dei ipse est omnia
 Col. 1. supereminenter, quum sit primogenitus omnis creaturæ,
 & per illum condita sunt omnia corporea, quæ sunt locis,
 & temporibus distributa, quæ tamen omnia sunt in Deo,
 locorum & temporū expertia, ut loca etiam rerum, Deo,
 non localiter tamen, & tempora omnium, non temporaliter
 sint præcognita. Imperfectionis itaq; cuiusdam esset, si
 loca, & tempora Christus homo, localiter, & temporaliter
 apprehenderet, aut illis præsens adesset. Itaque sic omnia
 præsentia sunt Christo, ut omnia simul nunquam & nus-
 quam conspectum eius fugiant, ut qui creator ipse sit etiā
 locorū, & temporum cum rebus ipsis, quæ sunt circumscri-
 ptæ loco, & tempore. Quapropter præsentissimo lumine
 diuinitatis, conspicua sunt menti, & animæ Christi omnia
 sine loco, & tempore, quæ Diuinitas ipsius, unā cum Hu-
 manitate, id est, totus Christus, dispensat extra se locis, &
 temporibus. Quomodo enim locus, & tempus illum cir-
 cumscriberent, aut mentem ipsius notitia quadam infor-
 marent, quum sit horum omnium Dominus, & Creator,
 Deuter. 32. Christus Filius Dei, iuxta illud Moysis, Nōne hæc omnia
 condita sunt apud me, & signata in Thesauris meis? & iux-
 ta illud, In quo sunt omnes Thesauri sapientiæ & scientiæ
 absconditi. Ecq; ista miramur *ἀμείως*, id est, sine quātitate,
 Christo oīa esse præsentia, quum nos etiā nostris oculis, aut
 sensu oculorum, magnitudines, Figuras, Loca, Numeros,
 Motus rerū, sine magnitudine, sine figura, & reliqua accidē-
 tia,

tia, eo modo quo sunt extra sensum $\mu\epsilon\epsilon\iota\sigma\alpha$, diuiduè tamen
 & $\mu\epsilon\epsilon\iota\sigma\omega\varsigma$ nequaquam percipiamus: Quomodo em̄ hac
 omnia $\mu\epsilon\epsilon\iota\sigma\omega\varsigma$ tam angustum pupillæ foramē perciperet?
 Sumus etiam nos, (inquit Aristoteles) quodammodo om-
 nia tum $\alpha\iota\delta\eta\tau\alpha$, tum $\nu\omicron\sigma\eta\alpha$, quia scilicet capaces sumus rerū
 omnium tum sentiendo eas, tum intelligendo: multò ma-
 gis, imò omnium maximè Christus, in quo corporaliter
 inhabitat $\lambda\omicron\gamma\theta$, & qui personaliter etiā ipse sit $\lambda\omicron\gamma\theta$ Dei,
 qui est omnium opifex, rector & gubernator. Ad huiusmo-
 di igitur omnipræsentiam Christi coextensa humanitate
 nihil est opus (quod nonnulli falsò Theologis nostris af-
 fingunt) Et ut personaliter $\lambda\omicron\gamma\theta$, & Christum, & $\lambda\omicron\gamma\theta$ præ-
 terea essentialiter omnibus rebus præsentem dicimus, ita
 naturam humanam ipsam per se, atq; absolutè neq; essenti-
 aliter, neq; per se personaliter (cū humanitas non sit per-
 sona) omnibus rebus præsentem dicimus. Ratione enim
 essentialis infinita humanitas non est, ut Diuinitas. Humani-
 tatem autem non esse hominem, & personam Christi, per
 se notum est. Hanc humanitatem seu naturam humanam
 nostri Theologi interpretantur ratione gloriosi corporis,
 à qua discrepare dicunt hanc rationem humanitatis assum-
 ptæ personaliter, gratia cuius adscribatur Christo sessio ad
 dexterā Dei omnipotentis. Illi enim gloriosæ nos aliquan-
 do conformes erimus: hæc autē personalis, singularis quæ-
 dam eminentia est humanitatis Christi, pertinens ad ipsi-
 us Personæ constitutionem, & cum qua totus Christus o-
 mnia dicitur administrare. Nusq̄ enim est $\lambda\omicron\gamma\theta\varsigma$ Dei sine
 assumpta natura, & non supra cælos, Christus, dicitur $\lambda\omicron\gamma\theta$,
 & ex Diametro cæli huius $\lambda\omicron\gamma\theta$ duntaxat, atque ita
 non Christus, sed $\lambda\omicron\gamma\theta\varsigma$ ubiq; Christus, quia $\lambda\omicron\gamma\theta\varsigma$ non ex
 parte incarnatus. Causam supra ostendimus. Nam si Perso-
 naliter Christus regnat, ubiq; eum esse oportet: diuinitatē
 I autem,

Dupliciter
 considerari
 naturam hu-
 manam

Ratione. n.
 psonæ, Chri-
 stus ubiq; To-
 tus, sed re-
 spectu natu-
 rarū nō ubi

q̄ totū. Eſſe-
 tialiter. n.
 Deus λόγος
 eſt ubiq̄. ſed
 eſſentialiter,
 ſeu naturali-
 ter, humani-
 tas eſt alicu-
 bi, ut non
 ſit ubique.

aut, eſſentialiter, ſeu naturaliter etiā ubiq̄ eſſe dicimus, &
 hac oīpreſentia immenſitatē Dei apprehēdimus, quæ crea-
 turæ incōmunicabilis ſit per ſe, nihilominus aut, ppter cō-
 munionē perſonālē, id eſt, per accidens ſit Chriſto, homini
 uel ſecundū humanitatē cōmunicata. Chriſtus. n. Homo
 dicit: Data eſt mihi (quia ſum homo Deus) oīs poteſtas in
 cœlo & in terra. Qui uerò dicunt diuinitatē Chriſti alicubi
 eſſe, ut illic Homo Chriſtus, uel, Chriſtus ſecundum hu-
 manitatem, non ſit, hi & diuinitatē diuiduam partibus faci-
 unt, & Chriſtum in duas non tantū naturas, ſed etiam Per-
 ſonas diuidunt, quæ ambo, abſurda eſſe, & ſcripturis non
 conſentanea, manifeſtum eſt. Rurſus, qui ſic diſputant,
 ut putent, ubicunq̄ ſit Dextera Dei, illic, abſolute huma-
 nitatē quoq̄ eſſe, & eodem modo humanitatem ubiq̄ eſ-
 ſe, quo modo Diuinitas ſit ubiq̄, hi toto cœlo, ut dicitur, er-
 rant, & ipſum per ſe eſt abſurdum hac quantitate cōexten-
 ſam fingere humanitatē Chriſti, qua ne ſingi quidem poſ-
 ſet, quicūq̄ monſtroſius. Sed propter humanitatem cū ſe-
 deat Chriſtus ad dexteram Patris, id eſt, cum dextra, ſeu τὸ
 λόγος τοῦ θεοῦ unum perſonale conſtituat, Chriſtus ſcilicet, rati-
 one etiam humanæ naturæ perſonaliter, ſeu ratione Maie-
 ſtatis, ſed tamen non naturaliter, quantum ad naturam hu-
 manā attinget, ubiq̄ eſſe dicendus eſt. Qua ratione Chriſtus
 ubiq̄ dicatur eſſe perſonaliter, & Diuinitas, eſſentialiter, li-
 quet ex ſuperius dictis, ut denuo repetere illa nihil ſit opus.
 Itaque, quando dicimus, Ubicunq̄ eſt dextera Dei, ibi-
 dem quoque eſt Chriſtus, non ſic accipi debet, Quòd
 ubicunq̄ ſit eſſentialiter Dextera Dei, ibidem etiam ſit
 totus eſſentialiter Chriſtus (alioqui enim cōextenſa eſſet
 humanitas) quum Chriſtus ſit perſonæ, non autem natu-
 ræ, ſeu eſſentiæ uocabulum, quoniam ut demonſtraui-
 mus ſuprà, non eſt Vnum per eſſentiam Chriſtus: ſed
 inquit Ariſtoteles, καὶ ἐν τῷ, ſignificat, ἢ ἐν τῷ.

sic, quòd ibidem etiam sit Christus personaliter, id est, con-
 stitutum illud ex Filio Dei, & natura humana, quum pro-
 pter humanitatem scilicet Christus ad Dexteram Dei sede-
 re dicatur, quo non significatur locus, sed omnipotens ma-
 iestas, ut liquet è superius dictis. Propter diuinitatem au-
 tem, non solum esse essentialiter ubiq, sed Personaliter eti-
 am dicitur, quum Filius Dei non modò sit Essentia, sed eti-
 am Persona, quæ idètidem Christus quoq, appellatur pro-
 pter assumptam naturam hominis, nempe Filius homi-
 nis Deus. Quòd si ubi personaliter est Filius Dei, illic non
 fit etiam personaliter Christus ipse, sequitur certè hac rati-
 one, ut differant personaliter λόγος, & Christus. At perso-
 naliter discrepantibus, una Persona nequit constitui, quum
 tamen Christum esse unum quoddam Personale nemini
 sit dubium. Ac præterea constat etiam, naturæ, & non per-
 sonæ appellationē habere naturam hanc humanam, quam
 in utero Virginis assumpsit Filius Dei. Itaq, & Filius Dei,
 & Substantialiter, & Subsistentialiter ubiq, est. Nos hoc loco
 utimur uocabulo Substantialiter, pro Essentialiter, quū alio
 qui Veteres etiā sint usi uocabulo Substantiæ pro hypostasi
 seu subsistentiā, ut Augustinus, quū sic scribit: Quod, n. de
 personis secundū nostrā, hoc de substantiis secundū consue-
 tudinem Græcorū oportet intelligi. Sic, n. illi dicūt tres sub-
 stantias unā essentiā, id est, tres hypostases, unā οὐσίαν, lib. 7.
 de Trin. Sed Christus subsistentialiter tm ubiq, est, seu per-
 sonaliter, seu ἑως ἀλικῶς, nihil, n. refert quocunq, modo di-
 xeris. Natura aut̄ humana Christi, οὐσίαν ἁλός quidem alicui-
 bi est, ut non sit ubiq, per se: ἑως ἀλικῶς aut̄, id est, subsistēti-
 aliter nusq, est, quum sit natura tantum, & non etiam Per-
 sona, quamuis προσωμίμῳ ipsius, persona quoq, Christi (ut
 quum dicūt Christus homo) exprimat, ut aliās fuit dictum,
 quum homo dicatur Christus, & non etiam Humanitas.

Christus nō
 est unum es-
 sentia, seu
 natura, sed
 est persona.
 Igitur si ubi
 que est, non
 essentialiter
 totus ubiq,
 est, sed per-
 sonaliter.

Christū non
 esse unā esse
 tiam, quem
 admodū ho-
 mo unum est
 p̄ Essentiā,
 compositum
 ex Anima et
 corpore, su-
 præ est de-
 monstratum.
 Quare dun-
 taxat erit
 unum Perso-
 nale, quod
 hoc loco
 probatur:

Quia uerò Christus secundum humanitatem glorioso corpore in cœlum receptus, & ad dexteram Dei Patris propter plenitudinem potestatis collocatus dicitur, de cœlo etiam, & dextera dicendū uidetur aliquid. Quando quidem illa natura humana Christi sit alicubi, uel intra, uel extra cœlos illos corporeos scilicet consistet. Loquimur autem de glorioso illo corpore absolute, quod ipsum expers quoque sit omnium accidentium Physicorum, quæ rebus causa materiam & patibilitatis accidunt, excepta quantitate, quæ tamen physica nō sit arcens & excludens alia corpora, quæ omnino suo modo præditum sit oportet, etiam gloriosum corpus, si quidem expers quantitatis *ὄνεια*, non corpus, sed incorporeum quiddam & spiritus existat. Hac igitur ratione, qua non habet in se *μεόν* Physica, Spiritale quoddam, sed tamen non planè Spiritus erit corpus illud, à sola anima suas perfectiones & proprietates accipiens, quum Anima perfectionem suam habeat à mēte, Mens autem à Deo perficiatur. Esse in loco, aut motu quodam transferri de loco in locum, corporibus accidit propter materiam & naturam. Item quòd mutuò sese excludant, & sunt *ἀτίτυπα*, quod nihil est in gloriosis beatorum, & spiritualibus corporibus, quæ tanquàm lumen quoddam per *ὄρα φανεία*, id est, pellucidum corpus momento in ictu oculi penetrant, animæ uim, & substantiam proximè imitantia. Et Platonice quidem huiusmodi corpus non ineptè proprium *ὄχημα* & *ψυχῆς* appellabitur, quæ Anima, uernaculo suo corpori perfectionem hanc conciliabit *ἐν παλιγγενεσίᾳ*, quod equidem testimoniò sacrarum literarum in præsentia astruere non opus esse arbitror. Cœlestia porrò hæc, quibus comprehenduntur Elementa hæc, & concreta ex elementis, Physica sunt corpora, ratione motus in loco, quum suo loco, & sua quadam

Corpus gloriosum quale.

quadam temporis periodo, quilibet orbis circumrotetur. Extra cœlos illos (inquît Aristoteles) non est Physicum ali quod corpus, quare nec locus etiam erit, aut tempus, sed in corporeæ quædam οὐσίαι, id est, substantiæ, illic sunt beatif- simæ, sempiternæ, & quæ nulla senectute, aut imbecillitate conficiantur. Eius hæc sunt uerba, Διόπερ, οὐτ' ἐν τόπῳ τὰ κε- πίφουκεν, οὐτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ κινῆσθαι, οὐδ' ὅτιν ὄνδενός μεταβο- λή τ' ἔσπερ τὴν ἰσσοτάτω φῶραν τεταγμένων, ἀλλ' ἀναλλοίωτα, καὶ ἀπεθὴ τὴν ἀείσιν ἔχοντα ζῶν, καὶ τὴν αὐτ' ἴκεσάτηρ ἰσπετελεῖ βν ἀ- πειῖα αἰῶνα. id est, Quapropter quæ sunt extra cœlū, nō sunt huiusmodi, ut uel in loco sint, aut in tempore consene- scāt, eorundē nulla est mutatio quæ scilicet extra cœlum su- premum sunt collocata, cū sint inalterabilia, & absq; affe- ctione optimam ac omnibus bonis affluentem in perpe- tuum agant uitam. Consentaneum itaq; est, si corpora Phy- sica per se sunt alicubi, & τὰ εἰς quædam digerūtur locorum, & temporum, ut materiæ, & naturæ expertes οὐσίαι, per se neque sint in loco alicubi, neq; in tempore, sed per se sint si- ne loco alicubi, ubi neq; locus sit Physicus, neq; tempus, id est, extra complexum horum naturalium et cœlestium cor- porum, quæ motibus, locis, & temporibus continentur. In hanc porrō sentinam quasi mutabilium, & caliginosorū corporum deturbatos ē cœlesti regno spiritus malignos, et tenebras spirituales esse, non uidetur carere ratione, quia uidelicet defectione à summo bono, creaturam complexi sunt pro creatore, pro auro, ut dicitur, sterçus, qua defectio ne spiritus illi ὑλικὴν φαιλότητα contraxerunt, quum in re- bus creatis infima sit, & quasi abyssus prauitatis, materia: nec alicubi certē uires & malitiam suam nisi circa res mate- ria præditas exercere possunt, quando quidem Malum nō sit ἐν τοῖς αἰδίοις, id est, in rebus æternis, Ἐπὶ τοῖς αἰδίοις, autore Aristotele, quū quatenus αἰδίῳ, sint immutabilia. Malū

Malum om-
ne est quiddā
ἐνυλον.

autem ipsum, creatura omni posterius sit, & semper quan-
dam sequatur mutationem, quæ mutatio respectu cuiusdā
omnino quiddam ἐνυλον dicitur rebus inesse. Ex quo concludendum, malum
impuros Spiritus in his caliginosis elementis tāquām ma-
leficas potestates consistere, ut quemadmodum beati su-
pra corporeos illos cœlos habitāt ἐπ' ἀύλων χωρῶν αὐλοῖς οὐσίαις,
ita lucifugæ isti & potestates tenebrarum in medium uni-
uersi corporei tanquām in Tartarum coniecti, & illic ubi
possunt esse efficaces, id est, mali, conclusi tanquām carcere
quodam teneantur, quum quatenus Spiritus, & ἀσάμαρτι
οὐσίαι, supra omnes corporeos cœlos beati habitare & con-
sistere deberent. Probabiliter hæc & consentaneè dicitur
Spirituum, esse nō locum physicum, sed qualitatem quan-
dam, & affectionem in ipsis, non qua mali sint, sed qua mi-
seri, nempe iram Dei, & Conscientiæ uermem, ex scriptu-
ris est manifestum. Dubium enim non est, quin damnati
secum semper ubicunque sunt, circumferant infernum.
Ubicunque enim sunt, tedæ ardentes furiarum, & con-
scientia peccati ipsos persequitur, iuxta illud Claudiani
Poëtæ.

Quo fugis Encelades? quascunq; accesseris oras,
Sub Ioue semper eris.

Christus dicitur euectus esse supra omnes cœlos corpo-
reos, & reliquisse (ratione gloriosi corporis) infimam
hanc corporei mundi partem, & credimus sanè illic se-
dentem etiam, non Physicè tamen, quamuis corporali-
ter, ad dexteram omnipotentis, ratione scilicet personalis
unionis, non corporaliter regnare usque ad restitutionem
omnium (quæ est potestas & maiestas Christi) donec sup-
ponantur omnes inimici, ipsius pedibus (quatenus scilicet
homo

homo est, quoniam ipsi Deo, coelum modò thronus est, & Terra scabellum pedum ipsius) tãquã scabellum in creaturis quoddam, donec aboleuerit omnem potestatem, & principatum, ut solus ipse cum Patre, & Spiritu sancto in seculo futuro regnet, de quo ab initio libri dictum est. Ut autem regnum Christi nõ circumscribitur loco quodam, aut tempore, ita nec dextera Dei, nec Christi persona regnantis, alicubi est, ut nõ sit ubiq, hoc modo, quo suprà dictum est, & expositum. Ratione naturæ humanæ eum non ubiq, esse, sed alicubi, iam antè diximus. Sed nec humanitas ipsa sedet ad dexteram, sed propter humanitatẽ suam, Christus sedere ad dexteram, & gubernare omnia dicitur. Etenim Personalia sunt: hæc prædicata, quibus dicimus, Christum esse Natum, Passum, Resurrexisse, Ascendisse in coelos, & sedere ad dexteram DEI Omnipotentis. In CHRISTO autem aliud esse Humanitatem, & hominem, manifestum est, quoniam Humanitate, natura intelligitur quædam, Sed Persona tota, & ex naturis constitutus CHRISTVS, Homo appellari conuenit. At in Petro, ut humanitas significat compositionem quãdam ex Anima, & corpore, ita Homo, significat compositum illud, ex anima & corpore, nempe personam Petri. Veruntamen in persona Christi, compositam ex anima, & corpore, non etiam est homo, sed rationem causæ habet, ut constitutum ex natura diuina, & humana, appelletur Homo, & ut dicatur Persona, nempe Deiformis homo. Et hac ratione quidem sedet homo Christus ad Dexteram Dei: sed qua Petrus, aut filij Zebedæi assidere non potuerunt, neque etiam possunt, personaliter scilicet à diuinitate separati. Nec est quod opinetur quispiã, si quidpiã causa sit ut aliud quiddam tale dicatur, ipsum gratia cuius tale dicatur, magis tale dicendum,

cendum. Vt si propter humanitatem Christum dicamus
 sedere, multo magis sedere illud congruere humanitati. Si
 quidem causa & subiectum ὁμογενῆ seu synonyma fuerint,
 ut si prædicetur causa de Subiecto συγγενῆς, ut quum Ani-
 mal est causa ut de homine prædicetur, posse dormire, ani-
 mali ipsi magis conueniet prædicatum illud, quando qui-
 dem ei primo & per se adscribatur. At si causa, respectu sub-
 lecti, non fuerit Synonymum quiddam, tantum abest ut
 prædicatum magis de causa quàm de Subiecto prædicetur per
 se, ut etiam omnino non prædicet. Vt humanitas, quia nõ
 prædicatur de Christo, de humanitate nequaquam prædi-
 cabitur Sedere ad dexteram per se, nisi, per se, seu κατὰ αὐτὴν.
 Interpretemur ἢ ὡς τὸ. Nõ enim ipsa per se est humanitas,
 sed pars eius quod per se tertio modo esse dicitur, nempe
 τὸ δὲ ζῷον, & subiectum proprietatis, quod ipsum est Homo
 Christus. Mediatè enim dicuntur ista propria de Christo,
 propter humanitatem, quamuis sessiõis subiectum sit per
 se humanitas, & non diuinitas Christi, neq; etiam persona,
 de quò monuimus aliàs, quòd peculiare quiddã sit in Per-
 sona Christi, quum idem non eueniat in ratione Personæ
 hominis, quæ sit compositum quid ex anima, & corpore.
 Quamobrem sessio quidem inerit humanitati, quæ tamẽ
 non prædicatur de humanitate: Sedere autem, Homini
 Christo non tantum inest, sed etiã de ipso prædicatur, quæ
 ambo, non sunt unius prædicamenti uocabula, cum Sesi-
 sio, sit Relatum uocabulum, in prædicamento Relationis:
 Sedere autem, sit absolutũ, in prædicamẽto Situm esse. Nã
 Sessio, significat ἢ ὡς τὸν partem, respectu totius, ut in Chris-
 to, Humanitatis, respectu totius Christi, & in hoie, partis
 cuiusdam corporis ἢ ὡς τὸν, uel partium, respectu totius cor-
 poris. At Sedere, quod est absolutum, & in prædicamento,
 Positum esse, seu, τὸ κατὰ αὐτὸν, non tantum inest toti homini, seu
 toti

toti Christo, spiritali modo, sed prædicatur etiã de eodem.
 Nã alioqui apud Dialecticos etiam, quædam prædicant, & *Non semper*
 non infunt, quædã infunt, & tamen non prædicantur, quod *idẽ est quod*
 rũ similitudine, quod in præsentia dicimus, uolo intelligi, *prædicatur,*
 præsertim quum in alio sit prædicamento, *& quod in*
 xci. ut Sessio scilicet in alio, & Sedere in alio, quæ pertinet *est.*
 ad Dialecticam, Sessio itaq; Relatione intelligitur, qua na-
 tura humana est instrumentum gubernationis, & regni,
 cui præest Filius Dei, & dextera omnipotentis. At Sedere,
 id est, Regere, absolutè prædicatur de Christo, qui est Filius
 Dei, cum natura assumpta & unita sibi personaliter omnia
 gubernans. Sed de his abundè satis dictum est in superiori-
 bus. Scriptura igitur plenam & perfectam administratio-
 nem & regnum Christo adscribit, per sessionem hanc ad
 dexteram omnipotentis, quæ nihil aliud est, q̃ Filius Dei cõ-
 sortio personali assumptæ humanitatis gubernans omnia,
 utrisq; naturis scilicet quoddã Vnum Personale constituẽ-
 tibus. Et supra cœlos quidem causa humanitatis dicitur e-
 uectus, at propter plenitudinem potestatis, dicitur sedere
 ad dexteram, quæ non tantum extra cœlos est illos corpo-
 reos, sed etiam intra, & in omnibus, propter immensitatem,
 nũq̃ tamen sine cõsortio existens humanitatis assumptæ
 personali, quum sit eadem nũmero diuinitas quæ corpora-
 liter habitat, & perfectè, id est, Vniõe Personali in Christo,
 & quæ omnia implet undiq; cuius sedes est cœlum, & sca-
 bellum pedum ipsius, terra. Nihil enim locale in Dextera
 Dei & persona Christi ne fingere quidem licet, quippe per-
 sonaliter, id est, intimè affixa (ut sic loquar) & unita est diui-
 nitati humanitas Christi. Nec est consentaneum humani-
 tatem Christi delitias alias quasdam extra consortium hoc
 diuinitatis quærere, nec moueri ipsam, huc, illuc obambu-
 lantem in cœlo: quid enim motu isto quæreret qui omnia

bona in se habet, & est omnium *ἀταρξέταρος*. Etenim beatus esse nequit, qui extra se aliquid desiderat quo possit melius habere, quando quidem *ἐν θεῷ ὄλω πνι θ' ἐν*, ut alicubi Aristoteles inquit. Nec sedendo etiam, aut stando defatigatur: ridiculum enim est ista affingere, rebus æternis, & beatiss, quæ non laborant, nec recreationem ex motu capiunt; quoniam *θ' μακάριον* omnino est immutabile quiddam. Quod autem nos uoluptate afficimur, unam, ex alia mutantem, istud, autore Aristotele, nobis accidit propter naturam nostram prauitatem, quæ non est simplex, sed quodammodo ex contrarijs naturis constituta. Et quia Beatitas, siue *μακαριότης*, est quædam *ἐνέργεια* & quidem sine defatigatione, perfecta, omnino sine motu eam esse oportet si sit perfecta, quoniam imperfecta est *ἐνέργεια* Motus, *ἢ οὐ μόνον κινήσεως ἔστιν ἐνέργεια, ἀλλὰ καὶ ἀκινήσεως, ἢ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἡρεμίᾳ ἔστιν ἢ ἐν κινήσει, μεταβολῆ δ' πάντων ἀνεκτάτων, κατὰ τὴν ποιεῖν, ἢ τὴν ποιησίαν πνα.* id est, Et non tantum motionis est *ἐνέργεια* sed etiam immobilitatis, & uoluptas magis est in quiete quam in motu. Mutatio autem omnium iucundissima dicitur secundum Poetam, propter prauitatem quandam.

Diximus, ut opinor, omnia quæ pertinet ad omnipotentiam Personæ Christi, & de naturarum proprietatibus, & tem qua ratione prædicetur de Persona proprietates Christi, quibus intellectis, non dubito quin scripturarum quæ consentaneas interpretationes assequi ualeamus, quas scripturas tanquam fundamentum dicendorum à principio proponendas duximus, quum sit impium de rebus diuinis sine uerbo Dei disputare, cui secundum analogiam fidei debent omnia, ut dictum est, superstrui, quæ pro orthodoxis habentur in Ecclesia.

Decimus sextus Articulus.

Certamen autem est inter Theologos hodie, quam ratione dicatur Christus regnare, & Sedere ad dexteram Dei omnipotentis.

omnipotentis, & ubiq; rebus oibus adesse presens. Sunt qui dicant Christum omnipresentem esse, ratione diuinæ naturæ duntaxat, & humanam ipsius naturam non esse nullam, neque ubique, sed alicubi supra scilicet cœlos corporeos collocatam, illic considerare ad dexteram omnipotentis, & tam longè abesse à nobis humanitatem ipsius, quam longū sit *Ναύμα* supremi cœli, ab infirma terra. Alij censent humanitatem quoq; Christi, unā cum diuinitate rebus omnibus adesse presentem, sed non simpliciter, aut quia sit natura humana, sed quia respectu ipsius Christus dicatur sedere ad dexteram omnipotentis. Illi defendunt suam sententiam proprietatibus naturæ diuinæ, quarum humana natura non possit esse particeps, è quibus sit etiam omnipresentia, & immensitas, quam adscribere humanitati sit Eutychemum, nempe propter unitatem personæ naturas etiam in unum confundere confusis proprietatibus earundem. Quod si, inquit, omnipresentiā hanc quispiā Christo, non quia Deus sit, sed quia homo, id est, nō naturæ humanæ, sed personæ hominis adscriperit, cōpositum hūc fore errorem aiunt ex Eutychetis, & Nestorij falsis opinionibus, quum homo non Deus, id est, homo quatenus nō est Deus, non tantū naturaliter, sed etiā Personaliter à Persona Filij Dei discrepet, quod statuere sit Nestorianum: eidē uerò siue humanitati, siue homini immensitatē Diuinam adscribere, secundū Eutychemum, sit confundere naturarū proprietates. Nostri contra disputāt, si Christus, quia homo, & nō quia Deus, non sit omnipotēs, non sit oipresens, nullā rationem fore propter quam sedere dicatur in scripturis ad dexteram omnipotentis, & non etiam quare tam sublime nomen ei sit datum, aut quam obrē ei data sint omnia quæ sunt ubiq; in cœlis, & in terra. Non enim ei, quia Deus sit, sed quia homo, data esse oia, inquit, Itaq; omnipresentiā

Christo dupliciter adscribi. Vno modo, quia sit Deus, quæ sit *ὁυσιώδης* & essentialis omnipresentia. Altero, quia sit persona una Christi hominis, & hanc omnipræsentiam esse quiddam *ἐπιπέδον*, quia scilicet Diuinitas Christi suapte natura immensa, nusquam sit, quin sibi adiunctam habeat humanitatem, sed tamē non localiter aut naturaliter, uerūm Personaliter. Caterūm humanitatis cum diuinitate personalem unionē nulla re adumbrari uerius & rectius, quām communionē hac energiæ, qua Filius Dei, sine assumpta natura nihil extra se facere dicitur, quemadmodum Anima (quæ est principium uitæ in corpore) nullam exercet *ἐπέπεσον* sine corpore, quo cum personale quoddā Vnum constituit. Non enim ociosam esse humanitatem dicunt, nec esse eam, instar cucurbitæ, assumptam, ut quæ consortio nullo regni cœlestis ociosa duntaxat res suas agat, quando quidem omnipotens Filius Dei, eam propter salutem, & restitutionem omnium assumpserit, & ad summam unionis personalis gloriam euexerit. Omnis controuersia in eo mihi posita uidetur, ut explicetur scilicet qua ratione primūm Filius Dei sit omnipræsens, deinde qua Christi persona etiam, ratione humanitatis participet omnipræsentiā, quam eodem modo esse omnipræsentiā, quō sit Diuinitas, nemo sanæ mentis dixerit. Non enim ubique nata est persona Christi, si consideres humanitatem, neque ubique cōspecta, neque passa, neque sepulta, nec ubiuis locorum euecta in cœlum, quare in cœlo etiam alicubi est, ut non sit ubique. De natura corporis, & humanitatis Christi, consensu utriusq; partis istud, ut opinor, statuitur. Ergo naturaliter Homo Christus, id est, secundum humanā *ὁυσιώδης*, id est, naturā, ubiq; non erit. Nam Christū nō esse quiddam Vnū Essentiā, seu Naturā, suprā est demonstratū, quemadmodum Petrus unum est essentiā. Ex quo sequitur

tur, ut nō per se, & essentialiter Christi humanitas sit ubiq̃,
 quemadmodum ubiq̃ est diuinitas ipsius, & si sit ubiq̃,
 per accidens fore omnipræsentem, aut omnipotentem hu-
 manitatem, & eo modo per accidens, quo aliàs est dictum.
 Nam quicquid Est, aut per se, aut secundum accidens esse
 dicitur. Quia igitur à Filio Dei est assumpta natura, & quia
 propter hanc Christus sedet ad dexteram omnipotētis, hac
 ratione necesse est ut ei naturæ accidat quædam omni-
 potentia. His enim Epithetis significatur Vnio personalis, à
 qua, nisi homini etiam Christo omnipotentia adscribere-
 tur, non plus humanitas Christi Filio Dei unita Personali-
 ter posset dici, quàm Petri, aut alterius Sancti humanitas,
 qua personaliter sunt discreti ab Essentia diuina. Et præ-
 rea stupenda hæc miracula non personaliter certè Chri-
 sto, sed duntaxat naturaliter soli Filio Dei adscriberentur:
 nec prodigia & signa Apostolorum in nomine IESV, sed
 nomine Filij Dei edita fuissent. Quibus omnibus pla-
 num sit, Diuinitatem cum Humanitate, id est, Christum
 personaliter semetipsum manifestasse miraculis. Per ac-
 cidens igitur omnipotentia etiam particeps est humani-
 tas Christi, sed dubitatur tamen, utrum naturaliter sit e-
 ius particeps, an personaliter. Quòd non naturaliter & ab-
 solutè sit particeps omnipotentia humanitas, supra com-
 memoratis argumentis est perspicuum: quomodo ergo
 personaliter sit particeps deinceps considerandum erit. Su-
 præ in Diexodo argumentorum demonstratum est, Perso-
 nam Christi non eodem modo per essentiam Vnum, &
 compositum esse, quemadmodum sit Persona Petri, aut
 Pauli. Quoniam quæ Petro, aut Paulo insunt, non mo-
 dō personaliter ei, sed naturaliter etiam insunt, quum per-
 sona horum sit composita *duo* quædam ex partibus ter-
 tia, discrepans à duabus naturis eam componentibus, ut

*Quomodo
 per accidēs
 humanitas
 Christi par-
 ticipet omni
 præsentia.*

principijs, nempe materia, & forma, seu corpore & anima.
Arist. lib. 2. de Anima. Etenim τριχῶς λέγεται τῆρ ὀυσίαρ, id est, tripliciter dici sub-
 stantiam, autor est Aristoteles. Et compositæ per se hypo-
 stasi proprietates has inesse constat, quarum tamen nulla
 sit per se in componentibus principijs: sed hoc aliàs est de-
 monstratum. At Persona Christi una non est tanquàm ter-
 tia quædã ὀυσία ex materia, & forma composita, sed Vnum
 quiddam est quasi per accidens constitutum. Ex quo sequi
 est necesse, si quod accidens de Christo prædicetur perso-
 naliter, non etiam naturaliter, seu essentialiter, id est, quate-
 nus sit natura, uel essentia quædam una, de ipso prædicari,
 quum persona Christi neq; natura, neque essentia sit unum
 quiddam, sed duntaxat ex naturis, & essentijs duabus sit
 constituta quædam Hypostasis. Itaq; si quod accidens, ut
 nasci, mori, resurgere, sedere ad dexteram, prædicatur de
 Persona, id ipsum primò, & per se, personæ non inest, sed al-
 teri naturæ ut humanæ per se naturaliter seu essentialiter in-
 est. Per accidens autem, Constituto Christo & Personæ to-
 ti insunt hæc accidētia nō per se, Quāuis per se de Christo
 prædicetur nihilominus, ut humanitati, per se inest, Nasci,
 nō tamē prædicat per se, de humanitate, sed de persona Chri-
 sti, quæ nō est persona ut Petrus, cōcretum quiddã ex aia &
 corpore, sed ex humanitate & diuinitate quædã hypostasis
 cōstituta. Et ut nasci dicitur & prædicat de Petro, eodē tamē
 modo non prædicatur & dicitur de hoīe Christo, quū is hu-
 manitate sua non sit homo personaliter, quemadmodum
 Petrus sua humanitate est homo personaliter, in qua sen-
 tentia fuisse Nestorium liquet. Nam si propria huiusmodi,
 seu accidētia naturæ humanæ Christi, quemadmodum in-
 sunt per se naturæ humanæ, ita quoc; Personæ Christi per
 se inessent, perinde persona Christi constitutum quiddam
 atq; cōpositum per essentiã esset, atque natura humana est,
 quod.

Aliud esse,
 prædicari,
 & aliud, in
 esse, paulo
 antè est ostē-
 sum, aliqua
 do enim dis-
 crepanti.

quod ipsum non posse tamen adscribi constitutioni personæ Christi, supra est demonstratū, Ex quo concludendum, huiusmodi accidentia per se inesse naturæ humanæ, & non per se inesse personæ Christi. At concreta illorum Accidentiū, seu παράνομα, quæ prædicari de subiecto quodā solent, per se prædicantur de persona Christi, per accidens aut prædicantur de natura humana Christi. Alioqui, nasci, pati, & similia, Petro non tantū per se insunt, tanq̄ abstracta, & Synonyma accidentia, sed etiam prædicantur ut cōcreta & paronyma de Petro. At paronyma huiusmodi Accidentium de humanitate Christi per se prædicari nequeunt: Nam subiectum, de quo prædicantur, est τὸ δὲ τι, seu Persona, quum paronyma omnium accidentium de primis Substantijs prædicari soleant. Quocirca si nasci, mori, resurgere, per se τὸ δὲ τι prædicarentur de natura humana Christi, sequeretur utiq̄, Naturā humanam in Christo habere rationem personæ, quod impiè Nestoriū sensisse dicunt. Cum aut Christus nomen sit personæ, & nō sit humanitas ipsius, ex anima & corpore cōstituta, sed Christus ex diuinitate & humanitate Persona una constituta sit, per se paronyma hæc accidentium de persona Christi ex necessitate prædicabuntur, & de humanitate per accidens, quod erat in præsentia demonstrandum. Non etiā dicimus quod diuinitatis propria sint per se quidem diuinitatis, & per accidens naturæ humanæ insint ita, ut propria hæc ipsa diuinitatis sint accidentia ipsius humanitatis quedam, quemadmodū in Melicrato dulcedinem per se dicimus inesse in melle, in aqua aut per accidens: quando quidem propria Diuinitatis non possint ullo modo esse Accidentia, nec sint aliud quicquam, q̄ essentia, & οὐσία ipsa diuinitatis: Quo nomine uicissim quoq̄ accidentia humanitatis propria, essentiæ diuinæ nō possunt inesse uel accidere, quū oim penitus accidentium sit expers

*Aliud est cō
municari
Christo pro
pria natura
rum, per ac
cidens, natu
raliter, & a
liud, per ac
cidens perso
naliter.*

natura & essentia Diuina. Ex quo par est intelligi, aliud esse si quis dicat, Propria quæ sunt Diuinitatis Christi, per accidens cōmunicari humanitati ipsi Naturaliter, & aliud, si dicantur cōmunicari ipsi per accidens, Personaliter. De proprijs naturæ humanæ, quod duntaxat personaliter cōmunicentur per accidens diuinæ naturæ, nemini dubium est. At proprietates diuinæ, quum sint perfectiones quædam naturam humanā Christi summè perficientes, propter eas scilicet omnipotens totus Christus appellatur, & omnipotens homo, ac nō nisi personalitatis causa (ut sic loquar) humanitati adscribentur per accidens propria hæc, ratione nimirum qua Dei Filius absq; natura hoīs assumpta nullū extra se omnipotentia suæ opus exerceat in Christi Persona, non quod non possit, sed quod non uelit propter unionem scilicet Personalem, propter quā nimirum nō separatim operantur naturæ, sed diuina, cum, & per naturam humanam, quam sibi habeat ubiq; non localiter quidem, aut naturaliter, sed personaliter præsentem. Qua ratione Christus totus non est efficacior in supremo cœlo, quàm in mundū infimo: & eadem ratione nō efficacius curauit (quum adhuc esset & uersaretur in terra) sibi proximos, q̄ longinqs: non certius nouerit præsentia oīa, q̄ absentia, q̄ futura: & uerè diuinus homo hic ^{κ. παροῦσης} tūc erat, quāto magis iā in gloria, habitu oīpotentiæ personalis in plenissimā ^{αὐτοῦ} humanitatis transfuso, nihil patiente amplius secundū hoiem deposita humilitate, sed oīa agente & gubernāte toto Christo, secundū Danielis p̄phciam, quā supra inter reliquas scripturas adduximus. Fatent̄ p̄inde aduersarij personaliter quidē Christū esse ubiq;, sed secundū naturā Diuinam, quia scilicet Filius Dei sit persona quædam, nempe secunda hypostasis S. Trinitatis, & eodem modo illū ubiq; nūc personaliter esse q̄ fuerit etiā anteq̄ assumpsisset carnē.

Nos

Nos iamante diximus, Filium Dei præsentem esse omnibus rebus, non tantum personaliter, sed etiam essentialiter, seu naturaliter, Christum autem ratione Diuinitatis eodem modo, quo fuit semper, omnipræsentem dicimus: at ratione humanitatis alio modo, & non ut Diuinitatem naturaliter, sed duntaxat omnibus rebus personaliter præsentem, & hac ratione alio modo nunc, quæ fuerit priusquam assumpsit Verbum humanitatem, & habitaret in nobis. Ut enim persona Christi est nata secundum humanitatem, ita persona Christi, sedet ad dexteram, non ipsa natura humana, sed secundum & propter naturam humanam, quum Dei Filius omnipotentiam suam absque assumpta humanitate sua personaliter non proferat extra uspiam. Quæ ratione, Vnus, & Personaliter indiuisus Christus, omnia dicitur omnipotenter, & omnipræsentem administrare.

Hactenus fontes, & quasi fundamenta argumentorum, quibus Maiestas Diuina Christi cõspicua sit, ac Personalis, seu hypostatica ambarum Naturarum unio, præterea omnipræsentia etiam Personalis, quæ humanitati Christi, propter Vnitatem Diuinitatē adscribitur, eluceat, & apprehēdi queat à nobis, me exposuisse arbitror. Quæ cū sint dictis & scriptis nostrorum Theologorum consentanea, manifestum est opinor, nostram sententiā, et doctrinam, nec naturarum ambarum proprietates in Christo confundi, quod fecit Eurythes, nec Naturas ita diuelli & separari à nobis, ut interim ipsæ, non Vnum Personale, sed duæ Personæ, quod fecit Nestorius, constituantur, adeoque per omnia nos tueri, & firmiter tenere, duas in Christo Naturas non personaliter diuisas, verum Vnitatis, non confusis tamen Naturis, sed quæque Natura, suas sibi retinente proprietates, & quæ de ipsius Persona, Naturisque passim in scriptura dicantur, sic nos interpretari consentaneè, ut qui nos accuset impietatis, ille se testetur,

aut

aut non intellexisse nostrorū scripta, & sententiam, aut im-
 probitate quadam, & studio rixandi adductū, contradixit.
 se his quæ nusq̄ dixisse, aut sensisse nostros appareat, sed i-
 pse eis blasphema hæc, & impia dogmata, falsa quadam &
 ficta interpretatione affinxerit. Nolui contradicere his, qui
 secus atq̄ nos de his rebus loquuntur, illorumq̄ argumen-
 tis me opponere, quū satis multi sint hæctenus, qui hoc se-
 dulò egerint, atq̄ etiam nunc agant, quanq̄ optandum es-
 set ut aliquando remotis discordiis, ad inēdam piam con-
 cordiā, ueritate cognita, faciles, & flexibiles nos exhibere-
 mus. Tanti facit Aristoteles Ethnicus Philosophus uerita-
 tem, ut eam omnibus amicitijs præponendam existimet,
 & ipsum quoq̄ sua quemq̄ dogmata, si errasse se sentiat, re-
 tractare, & melioribus, uerioribusq̄ cedere, Philosophicū, et
 omnibus modis laudandum dicat. Quanto id magis Chri-
 stianum hominem, & Theologum facere par est? quum
 cedere ueritati maior & præclarior sit uictoria, atq̄ trium-
 phus, quam non rectè sentientem, fūco ueritatis, & Sophis-
 ticis tendiculis plurimos uincere. Probabiliter certè mul-
 ta dicuntur in difficilibus disputationibus, quæ tamē si ac-
 curatius perpendas, & penitius introspicias, falsa esse depre-
 henduntur. Quare non ad probabilitatem popularem om-
 nia sunt reuocāda, nec semper prouocandum ad id, quod
 maiori parti uerum esse uideatur. Tum autem uerum ali-
 quid est, quando nimirum omnia dicuntur omnibus con-
 sentaneè, & nulla sit instantia quæ opponi possit, aut quæ
 ex antè dictis & demonstratis non possit dissolui. Nulla au-
 tem est, neq̄ cōcinnior, neq̄ suauior, (si Platoni credimus)
 quam ueritatis harmonia, quam si componere, & coag-
 mentare uelimus, non curandum quid Socrates dicat,
 quid Gorgias, quid Philebus, sed quid ratio cœlestis ueri-
 tatis, sibi per omnia consentiens, dicat & testetur, quod in-
 primis

primis in omnibus disputationibus, Philosophorum princeps Plato, præcipit esse considerandum. Deus pacis & omnium consolationis faciat, ut ipsius Orthodoxa, & Catholica Ecclesia in uerbo suo consentientibus dogmatibus, & doctrinis cõspiret, & idem Spiritu suo sancto, & C. T. & reliquorum Principum Christianorum animos excitet, ut non tantum ab erroribus, sed etiam à dissensionibus, Christi Ecclesiam uindicerent, ut cursus scilicet Euangelij Filij Dei non retardetur, & propiciam nobis habeamus in Christo IESV Patrem cœlestem, quibus utrisq; unà cum Spiritu sancto utriusq; sit laus, honos, & imperium, per omnia secula, Amen.

FINIS.

1328390

DEBERRONA CHRISTI

Principia omnia per dispensationibus Philoſophorum dicitur
reperiri, prout et ille considerandum. Deus pater & or
tatis consolationis factus, inquit, Orthodoxa, & Catho
lica ecclesia in unum deos constantibus dogmatibus. Et
regnum est, quod dicitur spiritus sanctus, & C. & C. re
pudicant Principium Christianorum, bonos rectos, in
non tamquam deos, sed etiam distinctos. Cuius
fidelitatis iudicium in eadem tenent, in unum est
Principium, & prout in eis habentur.

In Christo, & in unum constantibus
unum, aut cum unum in unum
fuit, honor, & regnum, per
omnem aeternam.

FINIS

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]